Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

H. W. Tydeman.

s. Jacker.

KW

~~Elzevier~~

~~f l 3.~~

235
B 18
1_2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

GRÆCO-BARBARA NOVI TESTAMENTI

Quæ Orienti originem debent.

Selegit, congeſſit, notis illuſtravit

MART. PETR. CHEITOMÆUS.



AMSTELODAMI,
Apud Ludovicum Elzevirium,
CIƆ IƆC XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

PERILLVSTRI, GENEROSO, MAGNIFICO HEROI,

DN. CHRISTIANO THOMÆO,

DOMINO IN STOVGAARD, LYCHISHOLM, &c. EQVITI AVRATO, SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS CANCELLARIO MAGNO, REGNI DANIÆ SENATORI PRIMARIO, ACADEMIÆ REGIÆ HAFNIENSIS CONSERVATORI, LITERARVM AC LITERATORVM PATRONO

PIO, BENIGNO, FELICI.

SI quem inſigni quopiam honore dignum judicavit pia Vetuſtas, vel aras ſtruxerunt, vel ſtatuas & ſimulachra erexerunt. Hinc tot tam variæ Deorum Dearumque imagines in ſacris

 genti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

gentilium conſpiciuntur. Apollo, quem Vejovem dixerunt, apud Romanos cornutus erat, manuque ſagittas tenebat, & prope decumbentem habebat arietem: Hercules (de quo, ut cæteris, mille fabularum monſtra ſuperſunt) decrepitus ſenex, comam alebat incomptam, pelle rugoſus, dextrâ clavam, protentum ſiniſtrâ tenebat arcum, agmina mortalium catenis vinctorum ſecum trahens. Ita pro lubitu, & ut ſua quemque ducebat religio, Deaſtros ſuos depinxerunt miſerè cæcutientes antiqui Celtæ, Romani, cæteri. Nec Heroas ſuos & Principes (quos Semi-Deos appellare non ſemel placuit) conve-

nienti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

nienti rebus geſtis gloriâ carere voluerunt. Etenim trecentas ſtatuas æternæ Demetrii memoriæ conſecrâſſe S. P. Q. Athenienſem quis neſcit? Et ſtatua Themiſtocli Illuſtriſſimo Athenienſium ſive Principi, ſive Tyranno in foro Magneſiæ Aſiaticæ propè Mæandrum erecta tempore Cornelii Nepotis erat ſuperſtes. Ego verò nec ſtatuam Illuſtris Tuæ Magnificentiæ memoriæ pono, quippe apud noſtratium ſingulos immortali. nec aram conſecro, certus, Danorum neminem, Muſarum inprimis ſacris initiatum, ad aram ſacram procumbere, quin Te, Illuſtriſſime Domine, ſalvum & ſoſpitem voveat quàm diu-

tiſſimè. Si quid tamen lucis bonis literis afferre poſſit mea induſtria, ejus tibi rationem jure meritoque reddendam, & ſpecimen edendum judicavi. Genus, familiam, proavos, bellicam virtutem mirentur alii & deprædicent, æterno quippe digna præconio. religio, ſummique numinis cultus, quibus universæ patriæ facem præfers, viros in patria pios & eruditos teſtes habent. cæteræ virtutes haud ſanè vulgares exteris notæ ſunt. Inde tot præclara, tot illuſtria benignitatis Tuæ in ordinem literatum exſtant indicia, quæ nulla apud æquales, poſteroſve abolevit vetuſtas. Hæc Illuſtris Tuæ Magnificentiæ in Deum noſtrum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

ſtrumq; ordinem pietas, præclaraque in patriam merita, quæ certatim undique decantari video, viam mihi, tenuis licet conditionis, & umbris hactenus aſſueto, ad Te, perilluſtris Domine, præmunierunt, ſpem addidit refrigerium, quod ſemel & iterum tuo afflatu quàm benigno, & nunquam non gratâ mente repetendo, Muſæ noſtræ ſenſerunt. Dicant licet, quibus volupe, hæc ſtudia, uti vocant, verbalia parum habere ponderis; ajunt, quibus obeſa minus naris, lucis habere multum, multum afferre; maximè ſacris, ubi quoſdam, quod minima ſibi viſa juſto parcius habuerint perſpecta, non ſine ſummo periculo vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

debis hallucinatos. Equidem fateor, fulgentia tum ſuperiorum, tum noſtri hujus ſeculi lumina dubia noſtra illuſtrâſſe: tentavi tamen, etſi iis longè inferior, numquid ſupereſſet, quo ingenium, quamvis exiguum exercerem; nonnulla ſpero monuiſſe à cæteris omiſſa, de quibus dicere meum non erit. Parvum eſt & exile, paucis quippe contentum paginis; mole enim & pondere ſcripta metiri nefas. magnum erit, ſi ſereno Magnatum excipiatur vultu. Ita Generoſe Heros, eruditos ſoles admittere, ita ſubditos facilè excipis, clientes promoves, ac protegis. in quibus ſi nomen meum profiteri licebit, abunde ſtudiorum

fructum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

fructum conſequutus mihi videbor, tuoq́; nomine digniora, ſi Deus vitam & locum propitius conceſſerit, humilis meditabor. Voto finio;

Inclyte HEROS,

Faxit Omnipotens, ut tardè cœlos petas, quò Sereniſſim. REGI, Regnis hiſce, & Florentiſſimæ Academiæ, literis, literatis diutiſſimè proſis. Hoc vovent, quotquot literas, tuumque nomen venerantur, quos inter

Illuſtriſſimæ tuæ Magnificentiæ

ſubmiſſe addictus

Haffn. prid. Cal. Apr. ann. cIↃ IↃC XLIX.

MARTINVS PETRI CHEITOMÆVS.

SAlve,

BENIGNE LECTOR,

&, ſi candidus es, ignoſce, quod in
ipſo veſtibulo te detineam. Præclarè,
& ad inſtitutum commodè Thucydi-
des; Διαβολὰς οὐ σῶφρον οὔτε λέγειν
πρὸς ἀλλήλους, οὔτε ἀκούοντας ἀποδέχε-
σθαι. Ita comparatum eſt noſtrum ſe-
culum, haud ſecus ac illud Thucydi-
deum, ut bonos vituperare, quàm à vi-
tii macula liberare potius ducant:
malos extollunt, bonos deprimunt.
Prius igitur inſtituti rationem redde-
re conſultum duxi, ut ab invidorum
calumnia, quantum quidem licet, no-
men meum vindicem, faventibus ma-
teriam defendendi mei ſubminiſtrem.
Occentum quaſi eminus penetrantem
audire mihi videor, γλαῦκ' Ἀθήναζε,
facile eſſe inceptis addere. Glaciem in-
fregerunt orbis literati Heroës B. Hie-
ronymus, Druſius, Gualtperius, Balle-
ſterius, alii, quorum veſtigia ſequi lau-
dabile judicavi: Sin ab iis diſcedere
urge-

urgeret veritas, vel planè non monui, vel paucis admodum: ita enim modeſtum decere putavi. Quæ iſti monuerunt, parcus adduxi, cætera lege & judica. Græco-barbara appello, quia peregrinos quoſvis barbaros nominare Græcis vulgare eſt. Hebræas hodiè trado & Aramæas, quippe primas naturæ ordine; non omnes, ſed appellativas ſaltem, vel propriarum illas, quas ipſe textus interpretatur: ſingulas illuſtrare ſi ferret animus, proprium iſtis tribuere locum nullus dubitarem. Græca ex authoribus melioris notæ adducta non ubique reddidi, ſaltem, ubi interpretatio afferri ob elegantiam digna, vel mutanda, ut illuſtrior evaderet, videbatur. Nôſti, erudite Lector, voces origine Latinas in textu Novi Inſtrumenti ſupereſſe, & Græcas, quas in Latinorum ſcriptis deprehendas, quæ Græco-barbaræ dici non minus merentur. In iſtas, ſi ſimile quicquam meditari poſſit, mea induſtria tentabit, & jam tentavit, lucem publicam vi-

 ſurum;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

ſurum ; modò hunc noſtrum conatum eruditis probatum eſſe pro certo habuero. Vale, candide Lector, ut per te valeant literæ, & conatus meos favendo adjuves, promoveas.

Homo ſum, humani à me nihil alienum puto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

VOCES GRÆCO-BARBARÆ NOVI TESTAMENTI

Quæ Orienti originem debent.

ΑΒΑΔΔΩΝ.

Αβαδδὼν, ἐν τῇ ἑλληνικῇ ὄνομα ἔχει Ἀπολλύων. Apoc. IX, II. Nomen Angeli abyſſi, quem locuſtæ ſibi Regem conſtituerunt; Latinè redditur *exterminans* ad mentem *Vulgati*, ex intepretatione *Eraſmi perdens*, ad literam *perditio*, *interitus*; Radix eſt אבד, indeque nomen accepit, quòd perderet. Porrò, quemadmodùm beati Angeli varia ſortiuntur nomina, quibus, quid in operatione valeant, deſignatur, qua de re *D. Gregorius* homilia XXXIV in Euangelia; ſic malorum Angelorum opera ex nominibus nonnunquam

dignoſcuntur, quâ ratione Σαζανᾶς dicitur, quòd adverſetur à שטן quod eſt *adverſari* ; Aſmodæus אשמודי qui libidinoſos Saræ maritos occiderat (in libro Tobiæ) à שמד quod ſignificat *perdere* , *diſperdere* , (quamvis alii *peccati abundantiam* , nonnulli *menſurantem ignem* interpretentur, quidam denique *ignem Mediæ* exponant.) Ἀπολλύειν autem ſignificat *perdere*, & *funditus evellere*, quod & ἐξολλύειν, unde apud *Ariſtophanem* in nubibus conjunguntur , ἀπολεῖν μέ φησι κἀξολεῖν. Opponuntur nonnunquam σώζειν & ἀπολλύειν , ut Matth. VIII, 25. Κύριε σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα : Sic apud *Platonem*, *Iſocratem*, alios. Vt autem bonis Angelis convenit σώζειν , ſic malis ἀπολλύειν. Videtur igitur hic latere modus, quem Rhetores dixêre μετωνυμίαν effecti, cum effectus loco cauſæ ponitur : ſic אֲבַדּוֹן pro אבד *perditio* pro *perditore*. Is nimirum mos eſt Hebræorum ; ut effectum loco

cauſæ ſubſtituant : hinc & mortem & infernum *perditionem* vocat textus ſacer veteris inſtrumenti , ut Iob. XXVIII, 22. Pſalm. LXXXVIII, 12. Proverb. XV, 11. Per illum , qui hoc loco ἀπολλύων dicitur , Ἀπόλλωνα deſignari exiſtimant nonnulli ; Quicquid ſit , certum eſt Apollinem ſub forma ſerpentis in Græcia cultum eſſe , ſub qua ſpecie malignus ille ſpiritus generi humano miſerrimam obtruſit miſeriam, unde Pſalm. XCI, 13. פֶּתֶן dicitur, quam vocem Græci per βασιλίσκον reddunt. Hinc Delphi , urbs in qua colebatur Apollo , prius dicebatur *Pytho*, ipſeque Apollo *Pythius*: à quo non multum abeſt , quòd mulier à Saul Rege Iſraël conſulta dicatur בַּעֲלַת־אוֹב domina *Pythonis* ſive *ſerpentis* , ex quo אוֹב Græcorum ὄφις derivant, quod idem ſignificat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

ABBA.

Ἀββᾶ, ὁ πατὴρ Rom. VIII, 15. Galat. IV, 6. Sic dicitur à propenſa in liberos voluntate ab אבה *voluit, deſideravit*, quamvis hanc vocem origine Græcam familiaris ac blandioris compellationis eſſe contendat *Lud. Cappellus*. Hâc voce Patrem compellat Chriſtus Marc. XIV, 36. Ἀββᾶ, ὁ πατὴρ, παρένεγκε τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο, ubi *Syrus interpres* אבא אבי, *pater, pater mi.* Differentiam inſtituit *Ioh. Druſius* inter Ἀββᾶ & πατὴρ, illud enim dignitatis eſſe, hoc naturæ. De Ἀββᾶ ita habet *Salmanticenſis*: אבא *dicitur per modum honoris, ut Rabbi, & amplius, ut Abba Saul, Abba Ioſe.* Alii dicunt Hebr. אב ſignificare patrem ætate, honore & cura. In myſterio S. S. Trinitatis prima perſona dicitur Pater אב vel אבא tum ratione filii, quem hodiè (id eſt, ab æterno) genuit Pſal. II, 7. tum reſpectu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

ſpectu creaturarum in tempore productarum, quas adhuc conſervat, regit, gubernat, tum inprimis reſpectu creaturæ ratione præditæ, quam hominem vocare placuit, ad imaginem ſuam ac ſimilitudinem conditum, quemque in ſua ſpecie aſſiduè conſervat, fovet, dirigit. *B. Apoſtolus* Eph. III, 14, 15. Κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς, καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. Hunc meritò Patrem appellant mortales: etenim אָב אֶחָד *Pater unus* omnium noſtrorum Malach. II, 10. Εἷς Θεὸς, καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ἡμῖν, Eph. IV, 6. In Targumica lingua אַבָּא eſt pater meus: Hinc eſt Ἀββᾶς, *Præfectus* ſive *Pater* cœnobii, qui aliàs *Archimandrita* dicitur: utramque vocem habet *Iuſtinianus* Novell. CXXIII. cap. 34. Κελεύομεν τοίνυν τὸν ἀββᾶν, ἢ τὸν ἀρχιμανδρίτην, τοὺς ἐν ἑκάστῳ μοναστηρίῳ προβάλλεσθαι,

μὴ πάντως κατὰ τοὺς βαθμοὺς τῶν μοναχῶν : *Iubemus igitur abbatem, aut archimandritam in unoquoque monaſterio ordinari, non omnino ſecundum gradus monachorum.* Qui olim ſolitariam coluerunt vitam Chriſtiani, in ſpeluncis, montiumque cavernis quas μάνδρας vocârunt, latitabant: illis autem qui præficiebantur, ἀρχιμανδρῖται, tanquam ſpeluncæ, ſive illorum, qui ſpeluncas occupabant, Principes dicebantur. Horum autem poſteri, poſthabito nomine Archimandritæ Α'ββᾶς audire maluerunt, quos Latinè vocant *Patres*, eoſque occaſione nominis Α'ββᾶ carpit *B. Hieronymus* in epiſtol. ad Galat: *Cum Abba Pater Hebræo, Syroque ſermone dicatur, & Dominus noſter in Euangelio præcipiat nullum* Patrem *vocandum, niſi Deum, neſcio, quâ licentia in monaſteriis vel vocemus hoc nomine alios vel vocari nos acquieſcamus.* Ejuſmodi Patres, ſive Abbates, ſive Archimandritæ

ſuos

ſuos habuêre filios, quos *nonnos* olim vocatos eſſe arguit vocabulum *Nonne* ſive *Nunne*, quâ voce in lingua vernacula virgines monachas notare ſolemus: illam verò ex Ægypto, ad nos deveniſſe tradunt eruditi. *Suidas* in voce Νόνναι· ἰστέον ὅτι, ὥς ἐστι καὶ Νόννος κύριον. Πανοπολίτης ἐξ Αἰγύπτου. λογιώτατος. ὁ καὶ τὸν παρθένον Θεολόγον μεταφράσας δι' ἐπῶν. Quo loco videtur Suidas non obſcurè notare, hanc vocem quodammodo ad Græcum παρθένος quadrare, quaſi diceret, παρθένος παρθένον παρέφρασε. Conſentit *Eraſmus* in ſcholiis ad epiſt. Hieron. *Ægyptus præter cæteras provincias monachorum gregibus abundabat: quorum linguâ puto monachos & ſanctos* NONNOS *fuiſſe vocatos, monachas & virgines* NONNAS. A vocibus Ἀββᾶ & Ἀββᾶς non procul diſcedit πατριάρχης, cujus meminit novum fœdus, eoque nomine decorat Davidem Actor. 11, 29. Abrahamum

hamum Hebr. VII, 4. Syrus reddit per ריש אבהתא.

ΑΓΓΑΡΕΥΕΙΝ.

Ἀγγαρεύειν Matth. V, 41. ὅστις σε ἀγγαρεύσῃ μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο, & cap. XXVII, 32. Σίμωνα ἠγγάρευσαν, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ (Χριστοῦ.) Ἄγγαροι erant vel nuntii Regum, vel tabellarii qui alio nomine ἀστάνδαι dicti, ut *Suidas* teſtatur: Rationem ἀγγαρείου ita deſcribit *Herodotus* οὐρανίᾳ cap. XCVIII. λέγουσι γάρ, ὡς ὅσων ἂν ἡμερέων ἡ πᾶσα ὁδὸς τοσοῦτοι ἵπποι τε καὶ ἄνδρες διεστᾶσι κατὰ ἡμερησίην ὁδὸν ἑκάστην τεταγμένοι, τοὺς οὔτε νιφετὸς, οὐκ ὄμβρος, οὐ καῦμα, οὐ νὺξ ἔεργε μὴ οὐ κατανύσαι τὸν προκείμενον ἑωϋτῷ δρόμον τὴν ταχίστην· ὁ μὲν δὴ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ, τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ἤδη κατ' ἄλλον διεξέρχεται παραδιδόμενα: poſt pauca: τοῦτο τὸ δράμημα τῶν ἵππων καλέουσι Πέρσαι ἀγγαρήϊον. Hujuſmodi fuêre

fuêre ἡμεροδρόμοι, (quorum meminit *Cornelius Nepos* Miltiade) ita dicti, quaſi *curſores diarii*, quod diurno ſpatio iter viginti miliarium poſſent conficere, alii ultra. Quoniam autem miniſtri Regii ad itinera peragenda, & onera ferenda quoſcunque ſive homines, ſive equos rapiebant, cogebant, factum, ut ἀγγαρεία pro laboribus ſervilibus, quæ mancipiis proprie competunt, accipiatur; ἀγγαρεύεσθαι τὸ εἰς φορτηγίαν, καὶ τοιαύτην τινα ὑπηρεσίαν ἄγεσθαι : & ἀγγαροφορεῖν τὸ φορτία φέρειν *Euſtathio* ad Ὀδυσσ. τ. quod optimè convenit cum mente *Davidis de Pomis* qui אנגריא interpretatur עול quod eſt φορτίον, jugum. Rationem ἀγγαρείας ex *Iſaaco Satizan* & *Selom. Iar.* recitat *Druſius* ad locum Matth. v, 41. *Ratio angariæ eſt, cum aliquis aufert aſinum, hujus Domino ſequente illum, & omnem aſinum primum occurrentem aufert, & reſtituit priorem ei, cujus eſt, ſecundus*

autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

autem ſequitur aſinum ſuum , donec obviam factus fuerit alius. Munſtero אנגריא eſt *habitatio , manſiuncula.* Quâ ratione hanc vocem ab Hebræo נגש tranſlatis literis derivari conjiciat *Beza*, ipſe viderit, qui etiam *ἀγγαρεύσει* per *angariabit* vertit, ſeque *Vlpiani* autoritate tuetur.

ΑΚΕΛΔΑΜΑ.

Ἀκελδαμὰ , τουτέστι , χωρίον αἵματος Actor. 1, verſ. 19. Vox eſt compoſita ex Syris vocibus חקל דמא quarum prior חקל ſignificat *agrum , campum* , facta ex Hebr. חלק (*pars , portio , fundus hæreditarius ,*) per tranſpoſitionem Chaldæis & Syris uſitatam ; poſterior eſt דמא, *ſanguis , reatus ſanguinis.* Ita dictus eſt ager, à Iudæis pretio, quod proditione Servatoris ſibi comparârat Iudas , ad peregrinorum ſepulturam emptus , quum pretium ſanguinis indignum judicarent , quòd in *κορβανᾶν* mitteretur. Componunt

nunt nonnulli ex שדה, quod exponunt *agrum* tam ſativum, quàm paſcuoſum, ut habet *R. D. Kimchi*, & דם, *ſanguis*; an firmo ſatis fulcro innixi, judicent eruditi. *Syrus Paraphraſtes* interpretatur Ἀκελδαμὰ ſive חקל דמא per קורית דם quod Latinè redditur *ager ſanguinis* Græcè χωρίον αἵματος, (cum quo convenit Syr. קוריא & in conſtructione קוריית) vel ἀγρὸς αἵματος Matth. XXVII, 8. quo loco dicitur etiam ἀγρὸς κεραμέως, *ager figuli*, vel quod eum figulus poſſideret, per quod inde ad vaſa conficienda terram foderent figuli, vel denique quòd in hunc locum cuivis abominabilem teſtarum fragmenta conjicerentur. Poſtea dictus eſt hic ager ἀγρὸς ſive χωρίαν αἵματος, quum vulgò innotuiſſet, agrum iſtum comparatum eſſe pretio, quo, ut Magiſtrum ſuum traderet, Iudam allexerant Pontifices. Hinc *Chryſoſtomus* homiliâ LXXXVI in Matthæum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

thæum inquit; *Nomen loco inditum omni clarius tubâ ſceleratam eorum prædicat cædem: Si enim in Corbonam pecuniam immiſiſſent, non illa manifeſta res facta fuiſſet, nunc verò prædio empto etiam poſteris rem totam prodiderunt.* Loco *Matthæi* ſupra adducto *vulgatus* habet ex Act. 1, 19. *vocatus eſt ager ille Haceldama*, hoc eſt, *ager ſanguinis*, quum in textu, Græco ſit, ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος, ἀγρὸς αἵματος, *Dictus eſt ager ille, ager ſanguinis*. Emptus eſt autem hic ager non continuò ſecundum ſeriem Matthæi hiſtoricam, qui hoc tantummodò ſibi propoſitum habebat dicere, quid de argenteis à Iuda relatis factum ſit; ſed demùm poſt crucifixionem & feſtum Paſchæ, quo feſto contractus inire delictum erat inexpiabile. Situs erat hic ager ſanguinis ſive חקלדמא ad auſtralem plagam montis Zion, non procul à valle filiorum Hinnom, quæ juxta originem eſt גהנם

vel

vel גיא בן הנם, Græcâ terminatione γέεννα, de quâ aliàs. Ξένοι ſive peregrini, quorum ſepulturæ deſtinatus erat hic ager, fuêre non tantùm exteri, ſed & Iudæi extra Hieroſolymam. Habebant enim Hieroſolymitani ſuum quiſque ſepulchrum, in quod omnes, qui ejuſdem erant familiæ, recondebantur; advenis verò, quum ſepulchra à patribus ad ſe jure hæreditario derivata habere Hieroſolymis non poſſent, de ſepulturæ loco providere ſacerdotes hâc pecuniâ conſultum duxerunt. Singularem terræ hujus in conſumendis cadaveribus virtutem tradunt, quod viginti quatuor horarum ſpatio defunctorum corpora in pulverem redigat, nec eam vim perdat in alias delata regiones. Fides ſit penes *Balleſterium.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

ΑΛΛΗΛΟΥΙΑ.

Ἀλληλούϊα הַלְלוּ־יָהּ quod *Theodotio* vertit, αἰνεῖτε τὸ ὄν. Author libelli, qui inſcribitur Quæſtiones & Reſponſiones orthodoxæ, ſive *Iuſtinus*, ſive alius exponit ἀλληλούϊα μετὰ μέλους ὑμνήσατε τὸ ὄν. *Plato* ὅροις vocat Deum οὐσίαν ἀΐδιον, τῆς τἀγαθοῦ φύσεως αἰτίαν; aliàs τὸ ὄν, αὐτὸ τὸ ὄν, τὸ ὄντως. ipſe enim eſt, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος Apoc. 1, 4, 8. Compoſita eſt hæc vox ex הלל quod in Pihel ſignificat *laudare*, *laudibus extollere*, & יה, quod eſt שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת ſive nomen τετραγράμματον contractum pro יְהוָה quod vocatur nomen *Iod*, *He*, *Vau*, *He*, contractius verò nomen *Iod*, *He*, quorum poſterius eſt hoc loco. Τετρακτὺς *Pythagoræ* ſacer fuit, unde & per illum jurare ſolebat, de quo *Heſychius*: Τετρακτὺς Πυθαγορικὸς ὅρκος, ἤγουν τῶν τεσσάρων στοιχείων σημαί-

σημαίνων : aureus Pythagoræ verſus quadrageſimus ſeptimus ſit exemplo :

> Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόν-
> τα τετρακτὺν.

quem interpretatur *Macrobius* lib. I. in ſomn. Scip. cap. 6. *Iuro per eum, qui dat animæ noſtræ quaternarium numerum.* Ab הללויה ejuſdem nominis ſingulare quoddam canticum conſtituunt, quod reliquis omnibus majus fuiſſe tradunt : nam comprehendebat שיר *canticum*, & שבח *laudem*, ut ait *R. David* Pſal. CIV. Pſalmos quoque habuiſſe dicuntur, quos הַלְלוּיָה גְּדֹלָה *Hallelujah magnum* vocârunt, eos nimirum qui ab Hallelujah incipiebant, quos eo nomine *Hallelujaticos* vocabant : hos certis diebus canebant in Eccleſia, reliquos verò diverſos diverſis locis & temporibus. Ex hoc Hebræorum ἐφυμνίῳ ſuum ἐλελεῦ ἴακχε mutuati videntur Græci, qui tenebris pluſquam Cimmeriis in-

voluti Divinæ Gloriæ peſſimum hoſtem Satanam, quoquò duceret, ſequebantur, ideóque παντοκράτορα Deum variâ contumeliâ afficiebant, verbis potiſſimum ac proverbiis à Iudæis ad ſe tranſlatis. Hinc ἀλληλουϊάριον, cujus meminit *Balſamon* ad Synod. VI. can. LXXV. Καὶ μὴ διὰ ψαλτῳδημάτων, καὶ ἀλληλουϊαρίων λιτῶν καὶ ψαλλομένων κατὰ τὸ θεμέλιον τῆς ἐκκλησίας ἐκπληροῦντας τὴν παννύχιον ψαλμῳδίαν. Habebis hanc vocem, qui quæris, Apoc. XIX, 1, 3, 4, 6. & ejus explicationem comm. 5. ΑἸΝΕΙ͂ΤΕ ΤῸΝ ΘΕῸΝ ἡμῶν.

ΑΜΗΝ.

Ἀμὴν, πεπιστωμένως, ἀληθῶς, *Suidâ* interprete. A radice אָמַן eſt אָמֵן, quod uſu ſuum fecêre Græci, Latini, retinentque Syrus & Arabs in ſua novi fœderis παραφράσει. אָמַן autem eſt nutrire, unde nutritius dicitur

citur אָמֵן quaſi fidus, fidelis, cujus fidei puer nutriendus eſt commiſſus. Huc reſpexiſſe Paulum exiſtimant nonnulli, quando ab οἰκονόμῳ verbi requirit, ut ſit πιςὸς, *fidelis* 1 Cor. IV, 2. Vocem אָמֵן LXX interpretes vertunt per γένοιτο, *fiat, ita ſit* 1 Reg. I, 36. Pſalm. XLI, 14. aliàs per ἀληθῶς, *verè*, Ier. XXVIII, 6. unde fit, quod in novo teſtamento ſine diſcrimine adhibeantur ἀμὴν, ἀληθῶς: quod *Matthæus* XVI, 28. *Marcus* IX, 1. per ἀμὴν efferunt, id *Lucas* IX, 27. per ἀληθῶς reddit. B. *Iohannes* ubique repetit Ἀμὴν, ἀμὴν, quem loquendi modum jurandi formulam continere tradunt eruditi: certè particula eſt aſſerentis, quum Chriſtus dicit Ἀμὴν, λέγω ὑμῖν Matth. V, 18, ubique & aſſentientis, cujus exempla, ſi deſideras, habebis Num. V, 22. Ierem. XI, 5. Subſtantiva nonnunquam eſt vox אָמֵן quum dicitur Num. V, 22. *Et reſpondebit mulier* AMEN, AMEN,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

quod exponunt, *veritas erit hoc, veritas erit hoc*: confer caput Deuteronomii XVI, ubi ſæpius in hâc ſignificatione repetitur. Hinc Deus ipſe dicitur ὁ ἀμὴν, quod explicatur ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς Apoc. III, 14. & אֱלֹהֵי אָמֵן *Deus veritatis* ſive *verax* Eſa. LXV, 16. ejuſque promiſſa τὸ ναὶ καὶ τὸ ἀμὴν II Cor. I, 20. Vbi geminatur hæc vox, ſuperlativi vicem ſupplet, ſecundum morem Hebræorum, & eſt idem, quod *verè, verè* (ut loquitur *Hieronymus* Eſa. XXV, 1.) id eſt, *veriſſimè*. Soli Deo Chriſtoque competit illud ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, quoniam ὁ Θεὸς ἀληθὴς, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης Rom. III, 4.

ΑΡΡΑΒΩΝ.

Ἀῤῥαβὼν, עֵרָבוֹן: *Syrus* exprimit per רהבונא. *Suidæ* eſt ἀῤῥαβὼν ἡ ταῖς ὠναῖς περὶ τῶν ὠνουμένων δεδομένη πρώτη καταβολὴ ὑπὲρ ἀσφαλείας. Vox Hebræa

Hebræa eſt origine, tota Hebræa ערבין, quam adhibet Thamar ſponſionem ab inceſtuoſo Iuda poſtulans Gen. XXXVIII, 17. Latini dicunt *arram*, ut C. I. tit. de Epiſc. & Cler. *Servatum olim, ſi quis ſponſus aut ſponſa poſt datas & acceptas arras voluiſſet divino ſe deputare ſervitio, compellabatur vir, quæ arrarum nomine dederat, amittere.* Eſt tamen & Latinum *arrhabo*: *Varro* lib. IV. de L. L. *Arrhabo ſic dicta, ut reliquum reddatur.* *Plautus* milit. glorioſ. act. IV. ſc. I. *Hunc arrhabonem amoris primum à me accipe.* In utroque genere uſurpant Latini, ſecus ac Græci, qui Maſculinum tantùm putant legitimè ei aſſignari: ſæpius tamen hoc utuntur Latini, ut *M. Cato* in L. Veturium; *Cum tantus arrhabo penes Samnites populi Romani eſſet.* Pro *arrábonem* lepidus ille inducit *rabonem*. Hinc manifeſtum ἀῤῥαβῶν accipi pro munere, quod datur tam in contractu matrimonii, quàm

 emptio-

emptionis : Meminerit igitur Eccleſia ſe Chriſti propriam eſſe qui illam περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος Act. xx, 28. & dedit ipſi τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος II Cor. v, 5. ὅς ἐστιν ἀῤῥαβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν Eph. I, 14. ubi habes vocem ἀῤῥαβὼν; præterea II Cor. I, 22.

ΒΑΡ.

BΆρ, ut Βὰρ Ἰωνᾶ Matth. xvi, 17. Βαρϊησοῦς Actor. xiii, 6. Βαρτίμαιος Marc. x, 46. בַּר Chaldaicè eſt *Filius*, quam vocem à Chaldæis mutuantur nonnunquam Hebræi unde Pſalm. II, 12. נַשְּׁקוּ־בַר *Oſculamini filium*, pro qua legitur etiam בְּרָא in *Targ. Ionathan*. Hebræum origine volunt eſſe alii vocabulum בר, referuntque ad radicem ברר quæ *eligere* ſignificat, ut hâc ratione בר propriè notet *filium electum*, & præ cæteris dilectum. Hanc vocem Græcè ſcribentes Euangeliſtæ retinue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

nuerunt. Pro Βὰρ Ἰωνᾶ, βὰρ Ἰωαννᾶ legendum exiſtimat *Hieronymus*: ſolent enim Syri gutturales è medio elidere, ut pro יהנא legatur יונא, & Græcis Ἰωνᾶ pro Ἰωαννᾶ, ſicut & Syrus habet יונא: Pro Βαριησοῦς legendum exiſtimant nonnulli Βαριηοῦ, quod vel ex ſententia *Hieronymi* eſt בריעׁ *in malo* poſitus, vel בר יהו *filius Iehu*, aliterque à Græcis exprimi nequit, qui ſpiritu aſpero ante vocales initio ſaltem dictionum utuntur. Mirum, quantum hinc abeat Syrus interpres, qui legit בר שומא, quod ad literam eſt vel *filius nominis* à שום ſive שֵׁם (id autem Chaldæis idem eſt, quod Hebræis שֵׁם) ut ſenſus ſit, virum celebrem, fuiſſe, quod *Beza* amplectitur; vel *filius tumoris*, ut idem ſit cum Chaldaico שׁוּמָא, ſenſuſque evadat, hominem fuiſſe tumidum, ſuperbum. Βαρτίμαιος dicitur ὑὸς Τιμαίου loco ante adducto, ubi habetur, ὑὸς Τιμαίου Βαρτίμαιος, nec va-

riat *Arabs*, niſi quod nomen proprium *Bartimæus* apud illum præcedet, in Græco textu ſequatur. Syrus habet, *Timæus filius Timæi*, ut hâc ratione filius Patri fuerit cognominis. *Hieronymus* lib. de nominib. Hebr. adducit hanc lectionem, *Filius Timæi bar Samia* בר סמיא, quod eſt *filius cæcus*. Ex hoc Βὰρ fiunt Βαρνάβας, Βαρϊησοῦς, Βαρσαβᾶς, Βαρθολομαῖος.

ΒΕΕΛΖΕΒΟΥΛ.

Βεελζεβοὺλ. Ita habent exemplaria Græca, & Arabs. Syrus, Euangelium Hebræum legunt בעלזבוב Βεελζεβοὺβ. Is nimirum fuit Deus Accaronitarum, quem, quum de vita periclitaretur, conſuluit Ochozias II Reg. 1, 2. ubi diſertè dicitur בַּעַל זְבוּב אֱלֹהֵי עֶקְרוֹן. Vim vocis ſi exprimas, eſt *Dominus muſcarum*; זְבוּב enim *muſca*, ut cuique notum, cujus etiam figuram habuiſſe teſtis

eſt

eſt *Nazianzenus*. Cum hoc conve-
nit Deus ille, quem *Myiodem* appel-
lat *Plinius* libri XXIX. cap. 6. à μυῖα,
muſca, niſi me fallit judicium. Ver-
ba authoris producam: *Nullum a-
nimal* (de muſcis loquitur) *minus
docile exiſtimatur, minorîſve intelle-
ctus: eò mirabilius eſt, Olympiæ ſacro
certamine, nubes earum immolato
tauro Deo, quem Myiodem vocant, ex-
tra territorium id abire.* Dictus eſt
autem ita, quòd propter multa &
frequentia ſacrificia, muſcæ per
examina, quaſi Deum agnoſcentes,
eò confluerent, ut *Beda* opinatur:
Loco, ubi colebatur hic Dominus,
à muſcis infeſtato, ad hunc Deum,
ut opem ferret, cucurriſſe incolas,
aliorum eſt ſententia, cui favent
verba *Plinii* modò allata. Vocatur
malus hic ſpiritus ἄρχων τῶν δαιμο-
νίων Matth. IX, 34. Luc. XI, 15.
δαιμονάρχης *Lactantio*. Δαιμόνια cer-
tè ſunt זְבוּבֵי מָוֶת *muſcæ mortis*, quæ
præſtantiſſimam hominis naturam

veneno mortifero infecêre, Eccleſiaſt. x, 1. Cæterùm Iudæi in ignominiam idoli, unâ literâ mutatâ, totam mutârunt ſententiam, pro זְבוּב *muſca* reſtituentes זבל *ſtercus*, ut ſecundum illos, Græcique & Arabis mentem ſit *Iupiter ſtercoreus*; Iupiter enim dictus eſt apud gentes בעל *Baal*, teſte *D. Auguſtino* in lib. Iudic. quæſt. XVI. (quamvis hoc nomen Saturno fuiſſe proprium tradant alii) unde factum eſt *Beël* & contractum *Bel* ſive *Belus*, quem ſecundum Babyloniorum à diluvio Regem conſtituit *Beroſus* antiq. l. V. Erat autem בעל ſive Βαὰλ Τυρίων Θεὸς, *Deus Tyriorum*, teſte *Fl. Ioſepho* ἀρχαι. l. IX. c. 6. *Suidâ* in voce Βαὰλ, cæteris, & *Sidoniorum* ad mentem *D. Hieronymi* ad capp. Oſeæ II & VIII. A veri Dei cultu ad hujus idoli adorationem ſæpiſſimè declinârunt homines priorum ſeculorum, hinc frequens illa mentio Dei *Baal* in ſacris literis.

Deum

Deum autem tutelarem inſignem habuit Achabum Iſraëlis Regem Deus ipſe *Baal*, qui teſte *Fl. Ioſepho* τῷ πενθερῷ βουλόμενος χαρίσασθαι Ἰθοβάλῳ Τυρίων ὄντι βασιλεῖ καὶ Σιδωνίων, ναόν τε αὐτῷ κατεσκεύασεν ἐν Σαμαρείᾳ, καὶ προφήτας ἀπέδειξε, καὶ πάσης θρησκείας ἠξίου. Quum verò Beelzebub in ſacro textu vocetur ἄρχων τῶν δαιμονίων, aliàs δαιμονάρχης, hiſtoriaque profana manifeſtè oſtendat Iovi ſemper apud gentiles primum inter Deos aſſignatum eſſe locum, ſequitur hunc Beelzebub apud gentes pro Iove fuiſſe habitum; earumque vanitatem riſiſſe videntur Phariſæi ſalſo hocce murmure: ἐν Βεελζεβοὺλ (Βεελζεβοὺβ) ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια Matt. IX, 34.

ΒΕΛΙΑΛ.

Βελίαλ. Syrus habet סטנא Σαζανᾶ, de quo aliàs. בְּלִיַּעַל dicitur nequam,

quaſi בְּלִי עֹל *ſine jugo*, qui jugum pietatis, honeſtatis excuſſit, vel quaſi בַּל יוֹעִיל *qui nihil prodeſt*, *nullius frugis & utilitatis eſt*. Vnde nebulones & quivis nefarii dicuntur בְּנֵי בְלִיַּעַל *filii Belial*: ſic Iudic. XIX, 22. Gabaonitæ dicuntur *viri filii Belial* אַנְשֵׁי בְנֵי בְלִיַּעַל *Vulgatus* explicat, *id eſt*, *abſque jugo*: atque ita dicuntur, qui ruperunt jugum Dei à cervicibus ſuis, ut interpretantur *Talmudici*. Hinc corrige *Suidam*, ubi legis; βελίαρ τῇ ἑβραίων φωνῇ τὴν ἀποστάτην δηλοῖ. ὁ Ἀπόστολος· τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς βελίαρ. Γνώμη Apoſtolica extat II Cor. VI, 15.

ΒΟΑΝΕΡΓΕΣ.

Βοανεργὲς. בני רגשי ὅ ἐστιν, υἱοὶ βροντῆς, interprete Euangeliſtâ *Marco* cap. III, 17. & *Syro Paraphraſte*, qui habet בני רעמא *filii tonitrui*: רעמא enim ſignificat *tonitru*, cujus radix רעם *tonare*: *Troſtius* vertit, *filii fragoris*.

Bini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

Bini hic premunt interpretes ſcrupuli: prior, quod, quum בני ſit in textu, dicatur Βοανεργὲς; alter, unde procedat Βοανεργὲς, quum lingua Syriaca habeat רגשי; ibidem, quâ ratione vox illa notetur ſigno pluralitivi numeri, & finiatur in י, quum Interpres reddat ſingulari numero βροντῆς, & Syrus רעמא. Illud quod attinet, *Chemnitius* exiſtimat illud Βοανε prodiiſſe ex varia τοῦ: pronunciatione, quod à quibuſdam per *a*, ab aliis per *e*, nonnunquam per *o* effertur, ut patet ex nomine שְׁלֹמֹה, quod nunc *Selomo*, nunc *Salomo*, aliàs *Solomo* dicitur: præterea, quia cum affixis ſcribatur בְּנֵי, quod alii Bane, alii Bone pro diverſa pronunciatione legerint, ab imperitis conflatum Boane: à quo non procul ab eſt *Druſius*, qui pro בְּנֵי legit *Bane*, ſicut pro שְׁמוּאֵל *Samuel*, & pro Syriacis טְלִיתָא & טְבִיתָא dicitur *Talitha*, *Tabitha*; eâque ratione producit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

ducit Βανεργὲς, pro quo Syriacâ proprietate dicatur Βονεργὲς, hinc facilè corruptum βοανεργὲς. *Caninius* dubio procul ſcribendum cenſet Βανεργὲς, illudque vix quenquam negaturum; quem ſequitur *Th. Beza,* qui dicit, facilè apparere, expungendum eſſe *o. Lud. de Dieu* vir linguarum Orientis peritiſſimus, compendio rem aggreditur, nec tantâ opus mutatione exiſtimat, ideóque legit, non ut alii volunt בְּנֵי רְגֶשׁ *Bene rgeſch* per zere, ſed בְּנַי רְגַשׁ *Benai rgeſch* per patach: Scheva autem omnium vocalium breviſſimè pronunciatarum ſonum ſibi vendicat, & non tantum per *a*, ſed nonnunquam per *o* effertur, ut pro סְדוֹם dicitur Σοδομά, ſic pro בְּנֵי Βονε. Hinc, ſi ex mente hujus legeris בְּנַי רְגַשׁ producetur Βοναιργὲς, & levi tranſpoſitione α & ν βοανιργὲς, inde quàm facili mutatione βοανεργὲς. Supereſt ργὲς poſterior vocis

pars,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

pars, cui originem aſſignaturi in diverſas feruntur partes interpretes. *Hieronymus* in comment. ſuper 1. cap. Danelis legit בני רעם, eo procul dubio reſpiciens ad רעם : ſed quid hoc etymon ad ϱγες? Dicunt ע Hebræorum per γ apud Græcos reddi, ut עֲמֹרָה γομοῤῥα, præterea ם finale & ם Hebræorum figurâ non multum differre, inde per imperitiam factum ϱγες. Alii referunt ad רגם *lapidibus obruere*, quod tonitrus nonnunquam lapides ejaculetur. Nonnulli confugiunt ad רעש vocem Hebræam, quæ exponitur *moveri, commoveri*, ubi res plana, ſi ע per γ efferatur. *Chemnitius* aptiſſimum huic voci ἔτυμον exiſtimat רגז, quod *commoveri, contremiſcere* proprie *ira* vel *pavore* ſignificat, nec adeò multùm refragarer, niſi Syrus haberet ש, quod propriam radicem aſſerit רגש, quæ vox ſignificat proprie *tumultuari*, & uſurpatur Pſalm. 11, 1. לָמָּה רָגְשׁוּ גוֹיִם exponitur ad literam,

ram, *Quare tumultuantur gentes?* quamvis *Vulgatus* vertat, *Quare fremuerunt gentes*, LXX ſequutus, qui reddunt, ἱνατί ἐφρύαξαν ἔθνη; qui fremitus propriè eſt equorum, ut vocabulum φρύαγμα interpretatur *Suidas*: φρύαγμα, ἡ τῶν ἵππων καὶ ἡμιόνων διὰ μυκτήρων ἠχὴ ἀγείῳ φυσήματι ἐκπίπτουσα. Inde Syr: רגש idem, quod Chaldæis רְגוּשׁ vel רִגּוּשׁ *fremitus, ſtrepitus.* Vnde autem ſit illud Iud finale, & nota pluralis numeri in Riſch, dubitant eruditi. Mendum, vix eſt, qui audeat hoc loco aſſerere quamvis ita Druſius exiſtimet, nec tamen audeo aſſentiri viro docto, qui legit רִגְשֵׁי, indeque vertit *filii tonitruum*. Exiſtimant duplex punctum ר ſuperimpoſitum eâdem ratione, quâ collectivis nonnullis, quæ quanquam ſingularia terminatione, pluralia tamen ſunt ſignificatione: tale eſt רכשא *equi* Iacob. III, 3. רחשא *reptilia* Iac. III, 7. ut רְגֶשֵׁי ſignificet *tonitrua* vel *tonitruum*

tumultum. Ratio nominis huic fratrum pari, filiis Zebedæi inditi dari poteſt vel ex ſententia *Hieronymi*, qui eò aſſumptos tradit, ut audirent vocem Patris per nubem de filio teſtantis Matt. XVII, 5. cujus vox hominibus tonitrus videtur, ut patet ex Iohan. XII, 29. vel ex *Chryſoſtomo*, qui ita appellatos exiſtimat διὰ τὸ μεγαλόφωνον, ut loquitur *Nazianzenus*, quòd ſublimia & ſtupenda Divinitatis edicta per terrarum orbem diffundere deberent, ſicut tonitrus ex altis locis auditur, quâ ratione Iupiter Græcorum Poëtis dicitur ὑψιβρεμέτης vel ὑψιβρεμέτα Ζεὺς modo loquendi Atticis uſitato, aliàs βρονταῖος, βροντικέραυνος, ἀστρόπης: unde & in marmore Romano legitur; IOVI BRONTOYNTI teſte *Lud. Balleſter*: Latinis dicitur Tonans, Tonans, Capitolinus, Altitonans, *Tullio*, *Nævio*, *Maroni*; quod Deorum Deo, tanquam proprium aſſignat patientiæ

illud

illud inſigne exemplum *Iobus* cap. XXVI, 14. Iohannem autem, aquilam iſtam, ut vocatur, Euangelicam ſublimia myſteria nobis reliquiſſe, nullus eſt, qui dubitet, quæ *tonare potius, quàm loqui viſus eſt* judice *Dan. Heinſio* ad cap. I. Iohannis. Tonitru homines commovet, terret; Sic ſacræ horum tonantium conciones terrorem in animis humanis excitârunt ad peccata commiſſa agnoſcenda; aliis enim Apoſtolis vehementiores videntur fuiſſe, quum Herodes Iudæis gratificaturus, ante omnes Iacobum, qui cæteris procul dubio vehementius in Iudæos tonabat, eoque moleſtus ipſis erat, ſuſtulit, hinc Petrum apprehendit, ut ex hiſtoria Actor. Apoſt. XII, 2. manifeſtum. Huc facit, quòd, quum Iehovah legem ſuam Iudæis tradere conſtituiſſet, audita ſint tonitrua, ut conſtat ex hiſtoria Exod. XIX, 16. Eadem eſt ratio nominis Βοανεργὲς, (quod exponi-

ponitur υἱοὶ βροντῆς, *filii tonitrui*)
quâ dicuntur *filii iniquitatis* iniqui,
filii pacis pacifici. Qui enim hoc nomine à Chriſto ſunt notati Apoſtoli, in hoc mundo, dum vixerunt, tonuerunt, ſublimes & terrificas conciones edendo, quæ ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ, *fulgura* & *tonitrua* vocantur Apoc. IV, 5. Modum autem, quo tonuerunt, exponit *Victor Antiochenus* in Euang. Marci: *Filios Zebedæi, Iacobum nimirum, & Ioannem Boanerges*, hoc eſt, *filios tonitrui vocat; ſiquidem divina eorum prædicatio magnum quendam & illuſtrem ſonitum per terrarum orbem datura erat.*

ΓΑΒΑΘΑ. ΓΑΒΒΑΘΑ.

ΓΑββαθᾶ, nomen loci, in quo pro tribunali ſedit Pilatus Ioh. XIX, 13. Per hanc vocem reddi Græcum λιθόστρωτον teſtis eſt S. Iohannes: Λιθόστρωτον, Ἑβραϊστὶ δὲ Γαββαθᾶ.

βαθᾶ. Interpreti Syro λιθόστρωτον est רציפתא דכאפא *ſtratum lapidum*, à רְצַף *ſtravit*. Aramea potius ſeu Syro-Chaldæa eſt vox Γαββαθᾶ, quod, ſi non aliunde, certè ex terminatione liquet. Conſentit *Nonnus*;

ἐνδαπίῳ δὲ
Γαβαθὰ παφλάζοντι Σύρῳ κικλήσκε-
το μύθῳ

Dicitur autem Hebraica, quia tempore Chriſti lingua Syra Hebræis ſive Iudæis fuit vernacula. Originem voci aſſignaturi nonnulli deducunt ad גָּבַהּ *altum*, *elatum eſſe*: alii ad inuſitatum גבב unde גב cum patah, quod cujuſcunque rei ſuperficiem eminentiorem propriè deſignat, & גב cum kametz, quod *fornicem* ſive *excelſum* ſignificat. Danus interpres Γαββαθᾶ in notis marginalibus exponit en ophoye ſted. Pro גבתא Syrus habet גפיפתא, unâ literâ mutatâ, pro ב adhibens פ: גְּפַף autem Syris & Chaldæis eſt *am-*

plecti,

plecti, & in Aphel אַגֵּיף *claudere, concludere*; hinc גְּפִיף *ſeptus*, *clauſus*, גפיפא *ſeptum*, *peribolus*, & גפוף quod in *Targ*. reſpondet Hebr. מַעֲקֶה, *ſeptumque tectorum* ſive *peribolum* ſignificat Deut. XXII, 8. Tecta enim ædificiorum, quia in Palæſtina plana fuêre, peribolo, ne quis fortè decideret, cingi neceſſe: Hinc Syri mens videtur eſſe, locum, in quo Pilatus Chriſtum judicaturus conſidebat, munimento quodam, ſicut tecta ædificiorum, circumſeptum fuiſſe. Eâdem ratione colligitur ex גבחא, locum fuiſſe cæteris ſublimiorem, quo ſenſu *turris excelſa* dicitur מִגְדָּל גָּבֹהַ Eſa. II, 15. & *ſuperbus* גְּבַה לֵב quaſi *altus corde*, Prov. XVI, 5. Γαϐὰ, exponitur βουνὸς, *collis*, *Fl. Ioſepho* ἀρχαιολ. VI. c. IX. Græcè dicitur λιθόστρωτος, & *Nonno* λιθόστρωτος χῶρος, λίθοις στρωτοῖσι πεποιημένος, *qui fuit* variis *lapidibus* quaſi *ſtratis* fabrefactus ſive diſtinctus.

ctus. Τȣ̃το ἢ τὸ λιθόςρωτον πλατεῖα πάντως ἐςι, inquit *Severus* ad Eſaiam; πλατεῖαν autem κόσμον interpretatur *Heſychius*. *Caſtellio* novo vocabulo λιθόςρωτον *lapidipavium* vertit: melius famæ ſuæ conſuluêre, qui Græcum vocabulum retinuerunt, quippe uſu Latinum factum. Hinc C. *Plinius* hiſtor. natural. lib. XXXVI. cap. XXV. *Pavimenta originem apud Græcos habent, elaborata arte, picturæ ratione, donec lithoſtrota expulêre eam.* *Proſper* de prædict. part. III. *Apud Africam Carthagini Cæleſtis ferebant eſſe templum, nimis amplum: omnium Deorum ſuorum ædibus vallatum. Cujus platea lithoſtrota, pavimento ac pretioſis columnis & mœnibus decorata, propè in duobus ferè millibus paſſuum protendebatur.* Græcum vocabulum retinere *Varronem* in libris de re ruſtica teſtis eſt. *Th. Beza.* Altus igitur, peribolo munitus, lapidibuſque variis exornatus fuit λιθόςρωτος, ſive Gephiphtha

tha vel Gabbatha, ubi pro tribunali conſedit Pilatus, de Chriſto, quamvis innocentiſſimo, judicium laturus. Cæterùm *judicium de nocente ſic fiebat, ut prætor tribunal inprimis adſcenderet, noxio poſt terga ligarentur manus, miſſo præconio ſilentium fieret, legitima deinde prætoris proferrentur verba: claſſicum ad ſpectaculum poſtea canerent, ſuppliciumque de noxio ſumerent*, inquit *Alexander ab Alexandro* genial. dier. lib. III, cap. V. Tribunal autem adſcendiſſe, ubi noxios eſſent judicaturi, hoc Pilati exemplo confirmat *Andr. Tiraquellus* annot. ad h. l. Diverſum ab hoc γαββαθὰ eſt γάββαθον, quod ab *Heſychio* τρυβλίον exponitur. *Iſidorus* à clariſſimo *Meurſio* emendatus habet; *Paropſis, gavatæ* ſive *gabata, catinus*. Vnde *Martialis* lib. VIII, epigr. XLVII.

Cùm menſas habeat ferè trecenta
Pro menſis habet Annius miniſtros
Tranſcurrunt gabatæ, volantq; lances.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

Anaſtaſius in Gregor. III. *Contulit dona diverſarum ſpecierum*, id eſt, *gabathas aureas duas, alias ſaxicas numero quinque.*

ΓΑΖΑ.

Γάζα Perſica vox eſt *Heſychio*, qui exponit βασίλεια, ἢ ἐκ τῶν πολλῶν φερομένους φόρους, *regis opes & vectigalia.* Vrbis præterea nomen eſt *Gaza*, quod nemini ignotum eſſe poteſt, cui nota eſt hiſtoria Samſonis, robore pluſquam Herculeo valvas iſtius civitatis ad montem, qui Hebronem ſpectat, deportantis Iudic. XVI, 3. Vrbis Gazæ meminit quoque novum fœdus Act. VIII, 26. quam Cambyſis ærarium fuiſſe tradunt *Mela* & *Servius*, Azamque vocant Syri, teſtibus *Volaterrano* & *Stephano*. Hinc factum, ut quodvis ærarium gazam dicerent Perſæ, ſi verum, quod dixit *Servius* in I. Æneida, *Iſidorus*, *Hieronymus*: quo ſenſu adhibet vocabu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

lum γάζης *B. Lucas* Actor. VIII, 27. de Æthiope eunucho loquens, ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς, *qui præerat univerſo ærario ipſius*, Candaces ſcilicet, Æthiopum Reginæ: Ita enim hanc vocem interpretatur *Mela* l. 1. quam *Curtius* exponit *pecuniam regiam*, *Servius cenſus & divitias*, *Iſidorus theſaurum*, eo veſtigia *Suidæ* premens, cui γάζα eſt θησαυρὸς, & γαζοφυλάκιον θησαυροφυλάκιον. Θησαυρὸς autem dicitur vel ἀπὸ τοῦ τιθέσθαι εἰς αὔριον, *quia in craſtinum reponatur*, vel, quod magis arridet, à θέω (pro quo nunc in uſu eſt τίθημι) *pono*, & αὐρὸς, qui vox priſca eſt, Græcis idem ſignificans, quod χρυσὸς, ſuumque ab inventoris nomine nomen ſortita, ut ait *Hypſicrates* apud *Feſtum*, quod obſervat incomparabilis *Cl. Salmaſius* ad aram Doſiadæ primam, indéque verſum, qui antea legebatur,

Ἐς γὰρ βωμὸν ὁρῆς με μήτε ταγχούρου

legendum ac conſtituendum judicat

Ἐς γὰρ βωμὸν ὁρῇς με μήτε γ᾽ αὐροῦ
Πλίνθοις

Vocis *Gazæ* Latinis quoque familiaris eſt uſus. Sic *Tullius* lib. 2. de offic. *Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus eſt Paulus*: & *Horatius* carm. lib. I. od. XXIX.

Icci, beatis nunc Arabum invides
Gazis.

Lucanus uſurpat hanc vocem appellativè & propriè, ut Grammatici loquuntur, ſive pro theſauro & urbe: Pro urbe eſt illud Pharſal. lib. III.

Et felix (ſic fama) Ninos: Ventoſa
Damaſcus:
Gazaque

Ad quem locum *Phil. Beroaldus, Melam Serviumque* ſequutus, ita habet: *Gaza oppidum Syriæ à theſauris Cambyſis nomen ſortita*, eo ſcilicet potiſſimum nomine, quòd, quum Ægyptum bello peteret, iſtic ſuas repo-

ſuerit opes. Appellativè ſive pro θησαυρῷ habetur paulò ante:

Tunc orientis opes, captorumque ultima Regum
Quæ Pompejanis prælata eſt gaza triumphis.

Pro origine voci γάζα aſſignant Chaldaicum גנז genaz, quod *reponere, aſſervare* ſignificat, unde גנזא ginza *theſaurus, ærarium*, quod in plur. num. habet גנזין ginzin, & form. emphat. גנזיא ginzaja: quorum poſterius habetur Eſdr. v, 17. vi, 1. & redditur à LXX per γάζα, monente clariſſimo Viro *Thoma Bangio* obſervat. Philolog. part. 1. tit. de defectivis. Idemque vocabulum adhibent LXX, ubi textus Hebræus habet גנזי ginze, pro quo Chaldæi & Syri גנזא, unde נ per ſyncopen abjecto, fit גזא gaza. Eo autem differunt Gaza appellativum, & proprium, quòd appellativum pro *ærario* ſecundum originem expri-

matur per ג ab initio & א finale גוא, urbs verò ſcribatur עיר.

ΓΕΕΝΝΑ.

Γέεννα locus erat vicinus urbi Ieruſalem ad radicem montis Moria, in quem ſordes ac cadavera projiciebantur, eóque contemtiſſimus. Hîc erat ignis continuus ad comburendum cadavera, oſſa, aliaſque ſordes, teſte *R D. Kimchi* Pſalm. XXVII, 13. Vox eſt origine Hebræa גיהנם Gehinnom, *vallis Hinnom*, vel גי בן הנם Ge ben hinnom, *vallis filii Hinnom*, unde Syrus habet גהנא, & Græci γέεννα. Hujus loci mentio fit Ioſu. XV, 8. & XVIII, 16. in distributione terræ Canaan. Erat in hac valle excelſum quoddam תפת *Topheth* appellatum, Ierem. VII, 31. ubi miſelli Molocho immolabantur infantuli. Dixerat Abrahamo Deus Gen. XXII, 2. *Tolle filium tuum unicum Iſaacum, & offer eum in holocauſtum*; Hinc poſteri ad ſuperſtitioſa

tioſa quævis proni, ſexum utrumque vix natum Deo offerre pro religione habebant, nec moniti abstinebant: vicinum namque habebant populum, idolis eorumque cultui totum devotum, à quo hæc aliæque ſuperſtitiones ad Iſraëlitas tranſierunt. Erat iſte מלך Moloch, quaſi *Deorum Rex* vel Deus ſummus, quo titulo Apollinem decorat *Maro* Æneid. XI, Iovi verò ſoli competere exiſtimat *Servius*. Per hunc Molochum Solem nonnulli, Saturnum alii intelligunt: Quiſquis ſit, abſtinere debebant Iſraëlitæ iſtius cultu, quem ipſis interdixerat ſummus Deus Levit. XVIII, 21. *De ſemine tuo non dabis ad traducendum Molocho:* & Deut. XVIII, 10. *Ne reperiatur inter vos, qui filium aut filiam ſuam per ignem traducat:* & iterum Levit. XX, 2. *Qui de ſemine ſuo offert Molocho, morte morietur.* Dubitant autem docti, per ignem ne traducti, an cremati ſint infan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

tes. Per ignem tantum traductos eſſe videtur ex locis S. Scripturæ, quos jam recitavi, & præter illos *Aben-Ezra*, & R. *Moſe Maimonide*, qui in tranſitu tantùm conſtitiſſe cultum Molochi teſtantur: quorum poſterior hunc immolandi Molocho morem tradit lib. de Idololatr. c. VI. §. 5. *Accenſo igne magno, partem ſui accipiebant ſeminis, quàm dein Sacerdotibus igni ſervientibus tradebant. At Sacerdotes, ubi filium accepiſſent, eum Patri reſtituebant, quò ipſe ex ſententia ſua eum per ignem traduceret. Igitur Pater filium permiſſu Sacerdotum per ignem agebat. Pedibus autem jubebat tranſire, donec flammæ quicquid erat, emenſus foret.* Hæc *Maimonides* per *Dionyſ. Voſſium* Latinè loquens. Alii non minoris momenti autores crematos exiſtimant, ut *Moſes Gerundenſis* & *Iſaacus Abravanel*, quorum ſententiam tuetur locus Ieremiæ cap. VII, 31. *Ædificârunt excelſa Topheth,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

pheth, quod eſt in valle filii Hinnom ad exurendos filios & filias ſuas igni. Morem hunc liberos immolandi tradit liber *Ialkut* in Ierem. cap. VII. *Imago erat* (Molochum depingit) *habens faciem vituli, manus expanſas inſtar hominis manus aperientis, ut ab alio aliquid accipiat, intus excavata. Septem ipſi exſtructa fuêre ſacella, ante quæ imago iſta fuerat collocata: avem ſive pullum columbinum offerens, primum ſacellum ingrediebatur; ovem aut agnum, ſecundum; arietem, tertium; vitulum, quartum; juvencum, quintum; bovem, ſextum; qui denique filium proprium offerret, ſeptimum occupabat ſacellum. Hic Molechum oſculabatur, ſecundum illud* Hoſ. XIII, 2. Qui ſacrificant homines, vitulum oſculantur; *hinc filius ante Molechum ponebatur; Molechus igne ſuppoſito ſuccendebatur, donec ignitus fieret, inſtar lucis. Tunc ſacrificuli acceptum infantulum candentibus Molechi manibus indebant, ac ne parens ejulatum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

pueri audiret , tympana pulſabant. Ita habet myſticus ille Bibliorum explanator. Partem autem ſeminis tantum offerebant, quod ſignificatur voce מִזַּרְעוֹ *de ſemine* Levitic. XX, 2. quam *Maimonides* explicat מקצתו ולא כולו *partem non totum* : perſuaſerant enim parentibus hi ſacrificuli, ſi unus offerretur, reliquos liberos à morte ereptum iri, parenteſque (tam miſeri fœtus) tota vitâ futuros proſperrimos, ut notatum reliquit *R. Bechai* Levitic. XVIII. Dicebatur hæc vallis הִנֹּם quia vox pueri erat נֹהֵם *rugiens* , vel quod aſtantes ſacrificuli dicerent יֶהֱנֶה לָּךְ. *Dulce erit tibi*, ut habet liber *Ialkut*. Hunclocum mirum in modum, deteſtatus eſt ſummus Iehovah, quod & teſtatur per Prophetam , inquiens : *Ecce dies venient, & non dicetur amplius* הַתֹּפֶת *Topeth* וְגֵיא בֶן־הִנֹּם *& vallis filii Ennom, ſed vallis interfectionis, & ſepelientur in Topheth* , *eò*

quod

quod non ſit locus: & quæ ſequuntur Ierem. VII, 32. Piè igitur fecit pius Ioſias, qui cadavera, eaque quæ impuriſſima erant, eoque Iudæis ſummè abominanda, in eum locum projici juſſit, &, ut cum ſacro ſcriptore loquar, *contaminavit Topheth, quod eſt in valle filii Ennom, ut nemo conſecraret filium ſuum, aut filiam traduceret per ignem Molecho* II Reg. XXIII, 10. Hinc per γέενναν גיא בן הנם ignem infernalem deſignârunt antiquiſſimi etiam Hebræorum: in quam ſententiam ait *paraphraſis Hieroſolymitana* ſub finem cap. III. Geneſ. *præparatam eſſe* גהנם *gehennam improbis, & in ea ſcintillas ignis & prunas, quæ adurant improbos*, indeque dicitur *ignis arcani ſubterraneus ad pœnam theſaurus Tertulliano* in apolog. ad Gent. cap. XLVII. Ratio nominis eſt, quod גיא הנם locus eſſet contaminatus, eóque viliſſimus, eodem modo ᾅδης locus puniendis impiis deſtinatus

natus omnium ſcelerum ſpurcitiâ plenus abominabilis eſt : quemadmodum locus electorum gaudio aſſignatus גן עדן *hortus Eden*, id eſt, delitiarum, παράδεισος dicitur, locus amœniſſimus, ideóque deſiderabilis. Hoc ſenſu adhibetur vox γέεννα, quando dicitur γέεννα πυρὸς pro quo Hebræorum libri habent אשׁ של גיהנם per ὑπαλλαγὴν, quâ dicitur *gehenna ignis* pro *ignis gehennæ*, modo loquendi iſti linguę proprio.

ΓΟΛΓΟΘΑ.

Nomen loci, in quo Ducem vitæ cruci affixerunt mortalium iniquiſſimi; Græcis dicitur κρανίου τόπος, *calvariæ locus*, Matth. XXVII, 33. Marc. XV, 22. Iohan. XIX, 17. גֻּלְגֹּלֶת Hebr. eſt *caput, cranium, calvaria.* Hinc II Reg. IX, 35. dicitur de Ieſabel Achabi Regis Iſraël conjuge, juſſu Regis Iehu terræ tradenda: *Nihil invenerunt de ea, præ-*

ter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

ter הַגֻּלְגֹּלֶת *cranium, & pedes, manuumque volas* : & Iudic. IX, 53. mulier quædam de Thebez, quam obſidebat Abimelech, *catilli fragmen* (qui eſt lapis molæ ſuperior, ſicut *meta* inferior, ſuper quem catillus vehitur, eoque dicitur Hebr. רֶכֶב *rechebh* à רָכַב *rachabh*, quod *vehi*, propriè curru, equo, vel aſino, ſignificat) *ſuper caput Abimelechi demiſit, craniumque ipſius* אֶת־גֻּלְגָּלְתּוֹ *confregit.* גלגל dicitur *orbis, ſphæra*, unde גֻּלְגֹּלֶת *caput*, ob formam rotundam, utrumque à גָּלַל, quod *volvere, convolvere, volutare* exponitur. Ex terminatione vocis, non purè Hebraicam, ſed Syriaco-Chaldaicam eſſe colligitur, pro qua tamen Syrus habet ܓܓܘܠܬܐ, unâ literâ ܠ transpoſita. Cæterùm Hebræa dicitur, quòd Hebræis iſtius temporis iſta lingua eſſet uſitata, quod & in γαββαθᾶ ſuperius. Fontes Græcos corruptos eſſe hoc loco judicant *Mer-*

cerus & *Beza* dum pro γολγοθὰ γολγολθὰ reponi potius exiſtimant, quibus favet Euangelium Hebræum, quod גלגלתא ſcribit: eam tamen mutationem, tanquam minus neceſſariam, reſpuunt φιλολογώτατοι *Barth. Mayerus* & *Lud. de Dieu.* Iudæi enim, qui tempore Chriſti vixêre, γολγοθὰ quam γολγολθὰ dicere maluerunt; nam pronunciatio facilior, nec auribus ingrata. Nomen loco inditum, vel à forma monticuli humano capiti ſimilis, quam ſententiam foviſſe nonnullos refert *Cyrillus Hieroſolymitanus*; vel à capite primi hominis, qui hîc requieſcere perhibetur, quod probant viri magni. *Nonni* hanc in ſententiam exſtant verſus:

> Εἰσόκε χῶρον ἵκανε φαλιζομένοιο κρανίου
> Ἀδὰμ πρωτογόνοιο φερώνυμον ἄντυγι κόρσης.

Tertullianus lib. II. adv. Marc. c. IV. de Golgotha canit:

Hîc hominem primum ſuſcepimus eſſe
ſepultum
Hîc patitur Chriſtus, pia ſanguine
terra madeſcit,
Pulvis Adæ ut poſſit veteris cum ſan-
guine Chriſti
Commixtus, ſtillantis aquæ virtute
levari.

Chryſoſtomus homil. LXXXV. in Iohannem: τινές φασιν ἐκεῖ τὸν Ἀδὰμ τετελευτηκέναι καὶ κεῖσθαι, καὶ τὸν Ἰησοῦν, ἔνθα ὁ θάνατος ἐβασίλευσεν, ἐκεῖ καὶ τὸ τρόπαιον στῆσαι. Hanc nominis rationem, tanquam omnium veriſſimam, amplexantur veterum plerique, *Origenes, Athanaſius, Cyprianus, Ambroſius, Theophylactus, Euthymius,* alii, quorum nomina, nedum verba, recenſita ſeriem textura eſſent nimis prolixam. Verùm quoniam κακούργοις ſecuri percuſſis, ſepultura negabatur, ut putat *B. Hieronymus, cranium* ſive *calvariam* dixêre hunc locum, quod ibi facinoroſi homines decollarentur, ideóque capiti-
bus,

bus, calvariis ſive craniis eſſet refertus, unde concludit nunquam ſatis laudatus Pater lib. in Matt. IV. calvariam *locum ſignificare decollatorum, ut, ubi ſuperabundavit peccatum, ſuperabundaret gratia.* Authores θεόπνευστοι unanimi conſenſu Γολγοθὰ vocant τόπον, *locum*, quem *rus* dixit *Iuvencus*, quamplurimi *montem* exiſtimant. Exſtat hoc loco ſacellum, ubi oſtenditur fovea, in quam impacta fuerat crux: ejus forma rotunda, profunda ſeſquipedem, latitudine per diametrum uncias ſex continens, marginibus argenteâ laminâ obductis, ut refert, qui ipſus vidit, *Io. Cotovicus* l. II, cap. IV.

ΕΛΩΙ.

ΕΛωῒ vox Syra אלהי, quæ reſpondet Hebr. אלהי Elohi aſpiratâ in medio ſuo more à Græcis omiſsâ: Marc. XV, 34. Ἐλωῒ, Ἐλωῒ, λαμμᾶ σαβαχθανὶ, quod interpretatur

tatur ipſe Euangeliſta ; ὁ θεός μου, ὁ θεός μου, εἰς τί με ἐγκατέλιπες. Syrus interpres legit איל איל, quod explicat per ingeminatum אלהי. Exiſtimant nonnulli hanc vocem exprimere Hebræum, אלהי Elohi: Si enim Syriacum eſſet אלהי Alohi, non ἐλωΐ, ſed ἀλαΐ legendum, quam ſententiam approbat vir doctiſſimus *Lud. de Dieu*, cujus hæc ſunt verba in comment. ad locum Marc. xv, 34. *Plerique*, inquit, *volunt eſſe Syriacum* אלהי Alohi, *quod mihi non videtur : ſic enim potius* Ἀλαΐ *ſcribendum fuerat. Aleph enim apud Syros notatur vocali prima, quæ per* a *potius, quam per* e *efferenda : Lamed habet vocalem quartam ; quæ etſi Syris per* o *efferatur, reſpondet tamen* τῷ *Cametz Hebræorum, & per* a *reddi ſolet, ut in* Ἀββᾶ, Ταλιθὰ, Ταβιθὰ *& ſimilibus apparet, quæ Syriacè terminantur vocali quarta. Malim ergò eſſe Hebræorum* אלהי. Sed & Syri ſuum habent אלהא Eloho, quod

Deum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

Deum ſignificat, & אלהי Elohi, quod eſt *Deus meus*: nam Zkofo Syrorum nonnunquam per *o* in N. T. exprimitur, quod confirmat hoc exemplo *Barthol. Mayerus* Philolog. ſacr. part. 2. אלהים judicii, יהוה verò gratiæ nomen volunt eſſe Hebræi, adeò ut ſi ſententia feratur ad clementiam, tribuatur Deo nomen יהוה, ſin ad juſtitiæ rigorem, dicatur אלים, ut ad principium Geneſeos habet *R. Bechai*.

ΕΜΜΑΝΟΥΗΛ.

Ἐμμανουὴλ. עִמָּנוּאֵל ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς Matth. I, 23. quibus verbis veteris inſtrumenti interpretes vocem עִמָּנוּאֵל Ἐμμανουὴλ reddiderunt: Sic Eſa. VIII, 8. ubi textus Hebr. habet

וְהָיָה מֻטּוֹת כְּנָפָיו מְלֹא רֹחַב־אַרְצְךָ עִמָּנוּ אֵל׃

Græci reddunt, καὶ ἔσται ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ, ὥστε πληρῶσαι τὸ πλάτος τῆς χώρας

χώρας σου, ΜΕΘ᾽ ΗΜΩΝ Ο ΘΕΟΣ; ubi *Aquila* μεθ᾽ ἡμῶν ὁ ἰσχυρὸς: ad quem locum exſtat in margine *Procopiano* à *I. Druſio* citato in fragment. Vett. Interp. Ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις ἀντὶ τοῦ ΜΕΘ᾽ ΗΜΩΝ Ο ΘΕΟΣ Ἐμμανουὴλ περιέχει. Καὶ αὖθις ἐν τῷ τέλει πρὸς τῷ λέγεσθαι, καὶ λόγον, ὃν ἂν λαλήσητε οὐ μὴ ἐμμείνῃ ὑμῖν, ὅτι μεθ᾽ ἡμῶν ὁ Θεὸς, Ἐμμανουὴλ εἴρηται. Nomen hoc eſt Meſſiæ, depromptum ex Eſa. VII, 14. ubi Propheta ex ore Dei inquit:

הִנֵּה הָעַלְמָה הָרָה וְיֹלֶדֶת בֵּן וְקָרָאת שְׁמוֹ עִמָּנוּ אֵל׃

quem locum *Vulgatus* reddit: *Ecce! virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus* IMMANVEL, Nobiſcum Deus. Cæterum ex duabus particulis, unde compoſitum eſt hoc nomen, facile conjicere licet de utriuſque natura in perſona Chriſti unione, quod rectè monet *Iuſtinus Martyr* ad gentes interrogat. CXXXV. Etenim ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, *Ver-*

bum

bum caro factum eſt, & habitavit inter nos Ioh. I, 14. & μέσος ὑμῶν ἕστηκε, *in medio veſtri ſtetit*; inquit *B. Baptiſta* ad Phariſæos v. 26. Ab eventu autem ſeu effectu, ut loquitur *Chryſoſtomus*, dictus eſt Emmanuel, quia τοῦ Λόγου σαρκὸς γενομένου, *ubi verbum caro factum erat*, omnes dicturi eſſent עמנו אל *Nobiſcum Deus*, qui quum eſſet in forma Dei (id eſt, verus Deus) ſimilis hominibus factus eſt, & inventus habitu, ut homo Phil. II, 6, 7, 8. Duplici autem ratione dicitur Servator Ἐμμανουὴλ: tum ratione perſonæ, quia Deus & homo, factuſque eſt particeps carnis & ſanguinis, ſicut pueri Hebr. II, 14. poſteaque viſus eſt in terris, & cum hominibus converſatus Baruch. III, 37. tum ratione officii, quia, ſi peccamus, illum habemus παράκλητον πρὸς τὸν πατέρα I Ioh. II, 2.

ΕΦΦΑΘΑ.

Ἐφφαθὰ. Ita exprimunt Græci Syriacum אחפתח, more ſuo φ geminantes, ut emphaſin aſſequantur, quam mirè amant; eâque ut potiantur, ſæpiuſculè mutant dictionum elementa. *B. Marcus* interpretatur διανοίχθητι cap. VII, 34. פְּתַח Chald. & Syr. eſt *aperire*, hinc in Itheph. אִתְפְּתַח *aperiri.* Nec ad aurium apertionem, audituſque reſtitutionem ſaltem reſtricta eſt vox Ἐφφαθὰ, *aperire*; ſed & Hebraicâ φράσει, quod ſublato vinculo ſolvitur, aperiri dicitur, quâ ratione Eſaias cap. LII, 2. inquit

הִתְפַּתְּחִו מוֹסְרֵי צַוָּארֵךְ שְׁבִיָּה בַּת צִיּוֹן :

Solve vincula colli tui, captiva filia Zion, ubi loco τοῦ התפתחו *Aquila* habet περίλυσαι, *Symmachus* ἀπόλυσαι, *Theodotio* διάλυσον, quum tamen ad verbum התפתח reddatur per ἀνοίγω vel διανοίγω, quo ſenſu ſacris autoribus

ribus etiam lingua dicitur aperiri Luc. 1,64. Imperativus hic eſt, quo *κωφὸν μογιλάλον* alloquebatur Servator, & cujus vi, poſt adhibita cætera, quæ ibi recenſentur, ſigna *διηνοίχθησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαὶ, καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ, apertæ ſunt aures ipſius, & ſolutum vinculum linguæ ipſius.*

Η Λ Ι.

ΗΛὶ repetitur Matth. XXVII, 46. ex Pſalm. XXII, 2. ubi eſt אֵלִי אֵלִי Ἠλὶ Ηλὶ, quod Euangeliſta interpretatur θεέ μου, θεέ μου; *Euſebius* autem ἀποδειξ. l. x. pro ἠλὶ ἠλὶ legit ἠλεὶ ἠλεὶ, *Syrus* habet אײל אײל, pro quibus *Druſius* reſtituendum exiſtimat אלי אלי, quam mutationem minus neceſſariam judicat *Lud. de Dieu.* Summi ac tremendi numinis proprium nomen eſt אֵל, veréque ſignificat *fortem, potentem*: unde interpretes אל reddunt per

Græ-

Græcum ἰσχυρός. Sic loco, unde ver-
ba hæc promere placuit humani
generis Servatori, nonnulli habent
ἰσχυρέ μου, ἰσχυρέ μου (alii ὁ Θεός μου,
ὁ Θεός μου) quum nomen אֵל dedu-
catur ab אַיִל, quod *fortitudinem* ſi-
gnificat: quam ob cauſam elegan-
ter Græci pro eo dicunt ἰσχυρὸν; ve-
riſſimè autem *B. Virgo*, dum ſibi de
beatitudine gratulatur, ait: ἐποίησέ
μοι μεγαλεῖα ὁ ΔΥΝΑΤΟΣ Luc.
1, 49. ubi Syrus interpres דחילתן, cu-
cujus radix eſt חַיִל *robur, potentia.*
Ad orcum igitur cum ſuis patronis
ablegentur Dii gentium, qui verè
ſunt אלילים *Elilim*, id eſt, ἐπίπλαστοι
commentitii, ut *Aquilæ* placet, ἀνύ-
παρκτοι *non exiſtentes, Symmacho* in-
terprete, & אל אלים *al elim, non Dii*
potius, quàm multi Dii. Ex hoc
ἠλὶ Græcos, quum Solem orientem
adorarent gentiles, ſuum derivâſſe
ἥλιον placet nonnullis. Eſt præter
hoc aliud אֶל, pro puncto vocali ha-
bens ſægol, & ſignificans *ad, apud*:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

cui affine eſt Arabicum *Al*, quod *nominibus præponunt Arabes ad augendam ſignificationem, ſimulque quaſi determinandam*, inprimis autem IEHOVÆ *nomini ferè ſemper anteponunt*, ut monet Academiæ patriæ decus *Thomas Bartholinus* obſervat, de unicornu cap. XXII. Cum nomine Ἠλίου ferè convenit vox Ἠλί, quem ideo, ſuppetias ut veniat, vocare Meſſiam blaſphemi clamant recutiti, dicentes, ὅτι Ἠλίαν φωνεῖ οὗτος. Nonnulla, quæ collata fortè placebunt, dicta ſunt ad vocem, Ἐλωΐ.

ΙΗΣΟΥΣ.

Ἰησοῦς *eſt nomen proprium hujus Perſonæ* (ſcilicet Filii Dei unigeniti) *& ſignificat Salvatorem*, αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, inquit Angelus ſalutaris hujus IESU nativitatis προφήτης Matth. I, 21. & in illo habemus σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν Luc. I, 71. Syriacè ſcribitur

ſcribitur ישוע qui Hebr. ישועה. Egregiè vim vocis exprimit venerandus ille ſenex, qui IESVM ἐναγκαλισάμενος dicit σωτήριον Θεȣ̃, *Salutare Dei* Luc. II, 30. quoniam Divinitùs nobis datus Eſa. IX, 6. Ioh. III, 16. Sed & meritò σωτὴρ dicitur noſter ישוע: Nam Græci interpretes vocem ישע & ישועה per σωτὴρ, σωτηρία & σωτήριον reddunt: Eſai. XII, 2. eſt יְשׁוּעָתִי pro quo *Theodotio* dicit, σωτήρ μȣ, *Servator meus*: & Habac. III, 13. ubi textus Hebræus habet

יָצָאתָ לְיֵשַׁע עַמֶּךָ לְיֵשַׁע אֶת־מְשִׁיחֶךָ

Aquila ad verbum reddit, ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν λαȣ̃ σȣ, εἰς σωτηρίαν σὺν Χριστῷ σȣ; pro quo VI *editio*, ἐξῆλθες τȣ̃ σῶσαι τὸν λαόν σȣ διὰ Ἰησȣ̃ν Χριστόν σȣ. Græcâ terminatione appellatur Ἰησȣ̃ς, qui Syris ישוע Hebr. ישועה. Quoniam autem gentibus Ajin pronunciare difficile eſt, teſte *R. Aben Eſra*, Aramæi illam ubique eli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

dunt, tùm quod difficulter efferatur, tum euphoniæ cauſâ, hinc mutilâ pronunciatione pro ישוע olim dixêre ישו; quam & Iudæi, qui non credíderunt ישוע iſtum eſſe Servatorem, (qua de re *Elias in Thisbi*) amplexi ſunt, eâque in blaſphemiam Chriſti & Chriſtianorum abuſi, dum ישו interpretantur, quòd ſit ימח שמו וזכרו jimah ſchemo veſichro, *deleatur nomen ejus & memoria ejus.* Cæterum & Thalmudicis in more poſitum, ultimam elidere, quâ ratione pro Hoſea ſive Hoſee dicunt *Hoſe*, & pro Ieſua *Ieſu* ישו, quod affirmat *Druſius* præterit. l. II. Hunc Ieſum Arabes vocant EISE, ut in epiſtola ad *R. Iſahac* Magiſtrum ſynagogæ ſcribit *R. Samuel Iſrahelita*, quam allegat idem *Druſius* l. IV. ſub init. Ἰησοῦς eſt ſalutare illud nomen, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς, præter quod οὔτε ἐστιν ὄνομα ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς, inquit *B. Petrus* in concilio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

lio Hieroſolymitano πληρωθεὶς πνεύματος ἁγίου Actor. IV, 12. ideóque meritò ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός. Philip. II, 10, 11. In Annalibus Francorum à Pithæo editis pro *Ieſu* legitur *Zaſu*; *Sic me Deus adjuvet Zaſu patrocinia*: quæ lectio orta eſt, partim ex uſitata literarum A & E permutatione, partim ex eo, quod vulgò vicinus eſſet ſonus literarum Z & I conſoni, judice viro celeberrimo *Gerard. Voſſio* de vitiis ſerm. l.II.c.I. Gallis etenim, de quibus hoc loco mentio, levis eſt differentia inter pronunciationem I conſoni & Z.

ΚΗΦΑΣ.

Κηφᾶς· ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος. Iohan. I, 43. *Nonnus* Iohannis Theologi metaphraſtes τὸ μεθερμηνευό-

μηνυόμενον his verbis circumſcribit:

σύ μοι κικλήσκεο Κηφᾶς
Δεύτερον οὔνομα δέξο νεώτερον, ἀνέρες ἄλλοι
Πέτρον ὅπερ καλέουσι.

quam περίφρασιν illuſtriorem fore, ſi dixiſſet,

ἄνδρες Ἀχαιοὶ
Πέτρον ὅπερ καλέουσι,

ſuſpicatur *Dan. Heinſius* in Ariſtarcho ſacro. De voce Πέτρος cave, fidem adhibeas *Heſychio*, cætera doctiſſimo Grammatico, apud quem reperies: Πέτρος, ὁ ἐπιλύων, ὁ ἐπιγινώσκων. Sic etiam habet *Arator*:

Petrus Hebræo
Agnoſcens ſermone ſonat.

Eo procul dubio decepti ſunt homines nimis creduli, quod putârint hanc vocem deſcendere ab Hebr. פָּתַר ἐπιλύειν, *reſolvere*, *interpretari*. Syrus non interpretatur, nam Κηφᾶς merè Aramæum eſt, כאפא, niſi quòd Græci pro more ſuo ς fini addi-

addiderint. *Eraſmus* & *Beza* per appellativum reddunt, quorum ille habet: *Cephas, quod ſonat, ſi interpreteris, lapis*; hic verò verba Euangeliſtæ (vel ſi quis alius hanc interpretationem hoc loco & aliis addidit) vertit; *quod declaratur, petra.* Danus reddit: Det er udlagt / Steen / ad marginem, Klippe / Petrus. *Vulgatus* & *Arabs* retinent proprium nomen, Petrus. Tam proprium, quàm appellativum eſt nomen Πέτρος, ut Syrorum כאפא, quod Græcâ terminatione eſt Κηφᾶς, propriéque deſignat magnum lapidem, qualis ædificiis pro fundamento ſupponitur, à qua ſententia non multum abhorret interpretatio Chriſti data Matth. XVI, 18. Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. Hæc verba ad Pontificem Romanum, quem Petri ſucceſſorem tradunt, trahunt nonnulli, indéque talem ſenſum ſtruunt: *Tu es petra*, ſive ſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

xum, *& ſuper hanc petram*, id eſt, ſuper te, qui es petra & ſaxum, *ædificabo Eccleſiam meam.* Cæterùm hi ſibi adverſantes habent Patrum primos *Hilarium*, *Gregorium Nyſſenum*, *Chryſoſtomum* & *Cyrillum Alexandrinum*, quos aliàs magni faciunt: & ex prævia Petri confeſſione liquet, non tàm de Petro, quàm confeſſione à Petro facta mentionem facere Chriſtum; quamobrem *non perſonæ ſuæ, ſed editæ confeſſionis ratione & reſpectu* PETRA *& fundamentum Eccleſiæ à Chriſto appellatur*, ut verba mutuari liceat à maximo Theologo *D. Caſpar. Brochmand.* art. de Eccleſ. cap. v. cujus inſcriptio eſt de Pontific. Romano. Verùm nec ſufficit hoc, nec illud ſatis eſt: præter hæc enim de Κηφᾶς nugantur Romanæ Eccleſiæ addicti, quod à Græco κεφαλὴ poſſit derivari; & hæ Romanenſium ineptiæ vix dignæ ſunt, quæ memorentur, quum addita interpre-

tatio Chaldaicum Syriacumve eſſe luce meridianâ clariùs evincat. Ab hoc Cepha diverſum eſſe volunt, cui B. Apoſtolus ſe oppoſuit, ut notum ex epiſtol. ad Galat. II. capite: alium nimirum Chriſti è ſeptuaginta Diſcipulum, qui commune cum Petro cognomen habuerit, cui ſententiæ favent *OEcumenius*, *Cæſarienſis* & *Clemens Alexandrinus*. Fuit quidem & alius Cephas, *Martialis* dictus, Epiſcopus Lemovicenſis & Galliarum, quem binarum Epiſtolarum ad Burdegalenſes & Toloſſanos, quæ in ſacrario Baſilicæ S. Petri in urbe Leonina inventæ ſunt, authorem judicant, teſte *Lud. Balleſter*. Vocem כאפא vel כיפא non tam petram, quàm petræ locum aliquem, ad quem tutò confugere, ibique latere licet, deſignare probat ſummus *Chemnitius* ex Iobe, Ieremia, Targum, aliis interpretibus, piè quidem & eruditè, quem adi, ſi

 placet,

placet, harmon. Euangelic. cap. XXIV.

KOPBAN.

Κορβᾶν Marc. VII, 11. exponitur *δῶρον*: Κορβᾶν (ὅ ἐστι δῶρον) ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, pro quo *Matthæus* cap. XV, 5. habet; Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. Peculiare quoddam Tyriorum juramentum fuiſſe Κορβᾶν, ex *Theophraſto* de Legibus notat *Ioſephus* contra Apionem I. Simpliciſſima autem & commodiſſima hujus loci interpretatio videtur illa, quâ dicunt notari hoc loco bonorum denegationem, quâ liberi parentibus ſubſidium petentibus reſponderint; Δῶρον ſive Κορβᾶν (ſc. ἐστι) ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. *Donum eſt, quo juvari à me poſſes, Deo enim ſacrum eſt, ideóque revocari nequit.* קָרְבָּן eſt donum, eóque diſtinguitur à מִנְחָה, quod hoc incruenta propriè ſignificet munera, illud

autem

autem non tantum incruenta, ſed & cruenta complectatur. Deſcendit à קָרַב, quod *appropinquare* ſignificat, quia per ſacrificia ſive ſacra munera Deo appropinquamus, & grati reddimur. Præter ſacros autores Κορβᾶν δῶρον interpretatur *Fl. Ioſephus*, quum mentionem facit eorum, qui ſe Deo conſecrant; ubi enim Nazaræorum mentionem abſolvit, ita pergit; καὶ οἱ Κορβᾶν αὐτοὺς ὀνομάσαντες τῷ Θεῷ· δῶρον δὲ τοῦτο σημαίνει κατὰ ἑλλήνων γλῶτταν: *Et qui* Κορβᾶν *ſe nominaverunt Deo; ſignificat hoc autem* donum *in lingua Græca*, Ἰουδαικῆς ἀρχαιολογίας lib. IV. c. 4. unde Mat. V, 23. & VIII, 4. dicitur Syro קורבנא quod in Græco textu eſt δῶρον. In ſpecie autem Κορβᾶν ſignificat δῶρον Θεοῦ lib. κατὰ Ἀπίωνος I. Hinc dicuntur ex abundantia injeciſſe εἰς τὰ δῶρα Θεοῦ Luc. XXI, 4. Atque ita manifeſtum קרבן accipi tùm pro dono ipſo ſolummodo, tùm pro theſauro ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

donis collecto. Hæc qui novit, ignorare nequit, unde ſit κορβανᾶς, cujus Accuſativus eſt Mat. XXVII, 6. idemque ſignificat, quod γαζοφυλάκιον, nominaturque à Syro & Arabe *domus oblationis*, latè ſumptâ voce *domus*. *Suidæ* & *Phavorino* eſt παρὰ Ἰουδαίοις ὁ ἱερὸς θησαυρός.

ΚΟΥΜΙ.

Κοῦμι קוּמִי eſt vox Aramæa adducta à Servatore Marc. V, 41. ubi filiam Iairi ἀρχισυναγώγου defunctam alloquitur; טְלִיתָא קוּמִי, quod interpretatur ſacra Euangeliſtæ manus, τὸ κοράσιον ἔγειραι, *puella ſurge*. Imperativus Kal, cujus radix eſt קוּם *ſurgere, conſurgere*. Vſurpatur autem tum alibi, tum Mich. IV, 13. ubi Deus ita filiam Zion alloquitur; קוּמִי וָדוֹשִׁי *Surge, & tritura*. *B. Lucas* ſenſum verborum adduxiſſe ſat ſibi eſſe exiſtimans, ita verba Chriſti profert; Ἡ παῖς, ἐγεί-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

ρου. *S. Marcus* præter reliquos addit σοὶ λέγω, puella, *tibi dico*, ſurge. Eodem ſenſu unico viduæ Nainiticæ filio imperat ille, cujus imperio omnia parent, Νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι Luc. VII, 14. Meminiſſe autem hoc loco juvat, quòd vocula קוּא pro ἀναβιῶσαι accipiatur, quum ſcilicet quiſpiam, qui mortuus erat, reviviſcere dicitur. Sic Eſa. XLIII, 17. ubi de curru, equo, exercitu robuſto dicitur יִשְׁכְּבוּ בַּל־יָקוּמוּ, ubi Græci interpretes, ἐκοιμήθησαν, καὶ οὐκ ἀναστήσονται, *obdormiverunt, & non reſurgent.* Sic & alibi. Eſa. XXVI, 14. חָיָה & קוּם eodem ſignificatu junguntur, ubi exſtat מֵתִים בַּל־יִחְיוּ רְפָאִים בַּל־יָקֻמוּ quem locum *Theodotio* vertit, οὐ μὴ ἀναστῶσιν οἱ νεκροὶ, οὐ μὴ ζωοποιήσωσι: rectius *Aquila*; ἀποθνήσκοντες οὐ μὴ ζήσωσιν ῥαφαῒν addendum; οὐ μὴ ἀναστῶσιν, ad literam, *mortui non reviviſcent Rephaim, non reſurgent.* Verùm quid רְפָאִים? Quinque ſpe-

cies in veſpera magna recenſet *Zohar* (qui eſt cabbaliſticus, myſticus & allegoricus in legem commentarius, ejuſque authorem exiſtimant R. *Simeonem F. Iochai*, R. *Akibæ* diſcipulum); Amalecitas, גבורים, Raphaim, Nephilim, & Anakim, inter quos quartum locum obtinent Raphaim. De illis ita habet dictus *Zophar* ad locum Gen. 11, 4. à *Ludov. Cappello* Latinè redditus: *Cum vident Iſraëlem in oppreſſione*; מתרפין *ſegneſcunt, & quamvis poſſint liberare, nolunt tamen, & remiſſi ſunt in lege. Eorum tamen nonnulli ſunt, qui in ea ſtudent ad faciendum bonum cum idololatris: de quibus dicitur*; רפאים בל יקמו Rephaim non reſurgent, Eſa. XXVI, 14. *in tempore futuro. Præceptum Iſraëli de illis datum eſt*: Perdes omnem eorum memoriam, Eſa. XXVI, 14.

ΛΑΜΑ.

ΛΑΜΑ.

ΛΑμὰ לָמָה Matth. XXVII, 46. Codices Græci nonnulli habent λεμὰ, unde *Mayerus* probat, non Hebræum eſſe לָמָה lamah ſive lammah, ſed Syrum לְמָה lemah. Atqui apud *S. Marcum* eſt λαμμᾶ ob מ dageſſatum in לָמָה lammah. Ita exprimitur Chaldaicum מטול מָה, quod in παραφράσει Pſalmorum Chaldaica adhibuit *R. Ioſeph Cæcus.* Syrus interpres habet למנא, unde *Rob. Bellarminus* colligit Chriſtum Syriacè dicturum fuiſſe *lemana.* In exprimenda hac voce variant exemplaria Græca, quorum quædam habent λεμμᾶ, nonnulla λιμὰ, quædam λαμὰ, alia λεμὰ. Græcè exponitur εἰς τί, vel ἱνατί.

ΛΕΥΙΤΗΣ.

Λευΐτης. Levi filius erat Iacobi Patriarchæ, qui accinctis gladio

lumbis cum fratre Simeone Sichimitas perdidit ob vim ſorori Dinæ illatam : (hiſtoria nota ex Geneſ. XXXIV, 25) cujus poſteri ſacerdotes Domini erant, *Levitæ* dicti, templique & tabernaculi ſacri miniſterio addicti. Inde *levitonarium*, quod fuit Ægyptiorum monachorum colobium ſive tunica ſine manicis, ita dictum, quod eo Levitæ uti ſoleant. Gloſſæ Arabico-Latinæ exponunt *colobium ſine tunicis*, rectiùs *ſine manicis*. *Suidæ* eſt λεβητωνάριον χιτὼν μοναχικὸς ἐκ τριχῶν συντεθειμένος. Hinc *lebitonarium*, quod habet *B. Hieronymus* in regulam S. Pachomii : *Nihil habent in cellulis præter pſiathium, & duo lebitonaria, quod Ægyptiis monachis genus veſtimenti eſt ſine manicis.* Idem ſignificat λεβητὼν, Latinis *leviton*, quæ veſtis erat linea inſtar colobii, ut in vita Pachomii c. XIV. dicitur. Merito ſuo vapulat *Plutarchus*, qui συμποσιακ. IV. Levitas doctos putat

tat

tat vel παρὰ τὸ λύσιον, vel παρὰ τὸν Εὔϊον τῆς ἐπικλήσεως γεγενημένης: uterque titulus Bacchi: Λύσιος dicitur, vel quod τῆς γλώττης ἀφαιρεῖται τὰ χαλινὰ, καὶ πλείστην ἐλευθερίαν τῇ φωνῇ δίδωσιν, ut ipſe συμποσιακ. I. vel quod τὸ δουλοπρεπὲς καὶ περιδεὲς καὶ ἄπιστον ἐξαίρων, καὶ ἀπολύων τῆς ψυχῆς, ἀληθείᾳ καὶ παῤῥησίᾳ χρῆσθαι πρὸς ἀλλήλους δίδωσιν, ut habet συμποσιακ. VII. Εὔϊος vocatur Bacchus, vel quòd in leonem mutatus gigantem necârit, quem tunc Pater Iupiter alloquebatur, εὖ υἱὲ, quod *Acroni* in Horatium placet: vel, quod cùm in gigantomachia non appareret, ideóque à gigantibus diſcerptum Pater ratus, dixerit ingemiſcens, Ἠεν υἱὸς, quod aliis placet; vel denique à voce bacchantium ἐυοῖ. Evius dicitur *Horatio* carm. lib. I. od. XVIII.

Monet Sithoniis non levis Evius.

Statio Thebaid. l. II.

Et tunc fortè dies noto ſignato tonantis

Ful-

Fulmine, prærepti cum te tener Evie
partus
Tranſmisêre patri.

ΜΑΓΟΣ. ΜΑΓΕΥΕΙΝ.

Μάγος, μαγεύειν. De origine vocis non convenit inter doctos. Græcam volunt nonnulli, qui vel à μάσσω ſive μάττω derivant, vel ad μέγας referunt, quod ſe μέγα τι *magnum quid* dicerent, ut Simon ille Actor. VIII, 9. Alii Hebræam volunt, eóque dictam à מהגה mahgeh, ſive quòd incantationes peragentes muſſitarent, ſive ab exacta meditatione; vel à מָעוֹז, quod *robur* ſignificat; vel denique à מְכַשֵּׁף *præſtigiator, maleficus*, unde corruptam eſſe vocem *Magus*, ſepoſitâ finali ף, exiſtimant. Quum autem Syrus habeat מגושא, conjicit vir doctus dici à גש (habito מ heemantico) quod Syris & Arabibus eſt *ſcrutari, explorare*, ut מגושא ſint גשושא *exploratores*,

ratores, *ſcrutatores* naturæ, terreſtrium & cœleſtium rerum inveſtigatores. Hebræis & Chaldæis dicuntur אַשָּׁפִים, qui Græcis μάγοι, & junguntur plerumque cum חַרְטֻמִּים, qui Græcis ἐπαοιδοὶ *incantatores* appellantur, quod conſtat ex Danielis capite 1, 20. & 11, 2. ubique: eo autem diſtinguuntur, quod חַרְטֻמִּין ἐπαοιδοὶ dicerentur, qui incantationibus, dæmonumve invocationibus operam dabant, אַשָּׁפִים verò, qui purificationes perficiebant, ignem curabant, ſiderumque ſcientiam callebant; quâ de re ita habet *ſcholion*: ἐπαοιδοὺς ἐκάλουν τοὺς ἐξαιρέτως περὶ τὰς ἐπαοιδὰς καὶ ἐπικλήσεις τῶν δαιμόνων σχολάζοντας· μάγους δὲ τοὺς τοῦ πυρὸς μέχρι καὶ νῦν θεραπευτὰς παρ' αὐτοῖς, καὶ τοὺς ἁγνισμοὺς ἐπιτελοῦντας, καὶ περὶ τὴν τῶν ἄστρων κατασκοπὴν, ὡς δοκοῦσιν, ἐπιστημόνως ἔχοντας: *Incantatores vocabant eos, qui potiſſimùm incantationibus, dæmo-*

dæmonumque invocationibus vacabant ; magos verò, qui adhuc apud illos ignem obſervant, purificationes peragunt, ſiderumque contemplationem, ut ipſis videtur, intelligunt. Magos gentem quandam Mediæ aſſignat *Herodotus* lib. 1. qui Κλειὼ inſcribitur, cap. CI. ἐστὶ δὲ Μήδων τοσάδε γένεα· Βουσαὶ, Παρητακηνοὶ, Στρούχατες, Ἀριζαντοὶ, Βούδιοι, Μάγοι. Alii Perſiam Magorum ſedem faciunt, inter quos *Cicero*, lib. de divinat. *In Perſis augurantur & divinant Magi, qui congregantur in fano, commentandi cauſa, & inter ſe colloquendi:* Conſentit *Suidas*, cui Μάγοι ſunt παρὰ Πέρσαις οἱ φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι. Chaldæa quoque ſuos habuit Magos, unde חַרְטֻמִּים *incantatoribus* & אַשָּׁפִים *magis* annumerantur כַּשְׂדִּים χαλδαῖοι, qui erant οἱ ἐν τῇ χαλδαϊκῇ χώρᾳ ἀστεροσκοπίᾳ καὶ οἰωνοσκοπίᾳ προσέχοντες, ut habet *ſcholion* ad Dan. IV, 4. Sed & aliæ gentes ſuos habuêre Magos, unde *Lucianus* :

οἱ καλούμενοι Μάγοι γένος τοῦτο μαντικὸν, καὶ θεοῖς ἀνακείμενον παρά τε Πέρσαις καὶ Πάρθοις, καὶ Βακτρίοις, καὶ Χωρασμίοις, καὶ Ἀρείοις, καὶ Σάκαις, καὶ Μήδοις, καὶ ἄλλοις πολλοῖς βαρβάροις: *Qui dicuntur* Μάγοι, *ſunt genus hominum vaticinans, & Diis devotum apud Perſas, Parthos, Bactrios, Choraſmios, Arios, Sacas, Medos, multoſque alios barbaros.* Μάγον vocari θεολόγον, (quales Δελφῶν θεολόγοι apud *Plutarchum* de defect. orac.) καὶ ἱερέα autor eſt *Varinus*. Sapientes fuiſſe paret ex interpretatione nominis Ελύμας, quod Μάγος exponitur Actor. XIII, 8. *Elim* enim Arabibus eſt *ſciens*, illis peculiare nomen, qui res divinas humanaſque ſcrutantur, earumque ſunt periti, unde pro ὁ μάγος ſine dubio legendum exiſtimant ὃ μάγος clariſſim. *Heinſius*, adeò ut ſubintelligatur ἐστι; Ἐλύμας, ὅ (ἐστι) μάγος, qui & à Chaldaico עלים *fortis* derivare mavult, ut ipſius judicio Ἐλύ-

μας

μας ſit *fortis heros*. Porrò non ſibi ſolis ſapiunt Magi, ſed ſuam Regibus futuris tradunt ſapientiam, ut teſtantur *Strabo, Cicero, Plato*, alii. Hiſce Zoroaſtrem præficit *Suidas*, quem duos ſtatuiſſe Deos, bonum, malum, quorum illum Ὡρομάζην, hunc Ἀρειμάνιον vocâſſe tradit *Plutarchus* περὶ Ἴσιδ. καὶ Ὀσίρ. Acutiſſimi fuiſſe ingenii patet inde, quòd res varias per varias animalium, volatilium, ferarum figuras, quas ſaxis inſculpebant, deſignarent. Hinc *Lucanus* Pharſal. lib. III.

Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noverat: & ſaxis tantum volucreſque feræque
Sculptaque ſervabant magicas animalia linguas.

Inde, quum ſapientiâ ſuâ abuſi, ad malas artes ſe converterent, cum illis nomen ipſorum maledictum, & in malam partem plerumque adhibitum. Sic apud *Æſchinem* Ctes.

Οὔτε

Οὔτε Φρυνώνδας, οὔτε Εὐρύβατος, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος ἐγένετο : & *Eurip.* Oreſt. v. 1499. quibuſvis maleficiis magicam annumerat Phryx :

Ἤτοι φαρμάκοισιν, ἢ μάγων τέ-
χναις, ἢ θεῶν κλοπαῖς.

Species magiæ, magorumque varias ex relatione Oſthanis tradit naturalis hiſtoricus lib. xxx. cap. 11. *Vt narravit Oſthanes, ſpecies ejus* (Magiæ) *plures ſunt; Namque & ex aqua, & ex ſphæris, & ex aëre, & ſtellis, & lucernis, ac pelvibus, ſecuribuſque, & multis aliis modis divina promittit: prætereà umbrarum, inferorumque colloquia.* Tales conſulere, & ab iis futura ſciſcitari vetat ſacra pagina Levitic. XIX, 31. & XX, 6. Conſentit *Lyricus* carm. I. od. XI.

Tu ne quæſieris ſcire (nefas) quem
mihi, quem tibi
Finem Dii dederint.

Sapientes autem, rerumque naturalium ſcrutatores fuiſſe illos, qui

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

ad puerulum Ieſum, venêre, Magos, manifeſto eſt indicio, quòd ſtellas contemplati fuerint; nec ſatis firmo nititur fulcro, quòd Reges fuiſſe aſſerant; illud enim, quoniam Majeſtatem gloriamque Ieſuli augebat, *B. Matthæus* nunquam tacuiſſet, eoſque regio more, ſi Reges fuiſſent, excepturus fuiſſet Rex Herodes. De nomine ac numero eorum vix quicquam ex ſacris conſtat: Coloniæ tamen ad Rhenum, quò ab Archiepiſcopo Reinoldo anno 1108 delati dicuntur, tres monſtrantur, quos vocant *Caſparem* Nubiæ, *Melchiorem* Tharſis, *Balthaſarem* Sabæ Reges. Ac ne ingenio exercendo deeſſet materia, tradiderunt iidem, Magos hoſce ipſâ nativitatis Dominicæ nocte ſtellam quandam conſpexiſſe, quæ formam habebat pulcherrimi pueri, ſuper cujus caput crux pendebat, quæ Magos alloquebatur: *Ite velocius in terram Iuda, & ibi Regem,*

gem, quem quæritis, natum invenietis. Patrum nonnulli, *Auguſtinus*, *Iuſtinus*, *Hieronymus*, *Theodoretus*, *Chryſoſtomus*, maleficos fuiſſe exiſtimant, piéque admirantur; Ieſulum vix natum tam procul Diaboli vates ad ſui adorationem præ cæteris vocâſſe, eóque gentium vocationem ſignificari credunt. Impia planè ac exſecranda Magorum nativitas, quos, ſi præſtantes futuri eſſent, ex inceſtuoſo concubitu producendos credebant, vel Patris cum filia, vel filii cum matre, vel denique Fratris cum ſorore, ut in Magicis memorat *Xanthus*, & à *Clemente Alexandrino* confirmatur. Huc facit *Catulli* carmen XCI.

Naſcatur Magus ex Gelli, Matriſque nefando
Conjugio, & diſcat Perſicum haruſpicium:
Nam Magus ex Matre & gnato gignatur, oportet,
Si vera eſt Perſarum impia relligio.

MAM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

ΜΑΜΜΩΝΑΣ.
ΜΑΜΩΝΑΣ.

Μαμμωνᾶς ſive *μαμωνᾶς* ubique pro divitiis malè partis uſurpatur: hinc colligunt MAMMONA dici, quaſi MINNONA: יָנָה Hebr. *defraudare* ſignificat, & in paſſ. נונה: מִין eſt Præpoſitio deſignans motum de loco, & exponitur *A* vel *Ab*; hinc conflari poteſt *minnona* ſive *mammona*, quod quis fraudulenter alicui abſtrahit. Aliis placet hanc vocem reducere ad נִין, quod *filium* ſignificat, unde מנין, additoque מ ex מין fit ממנין, ſuffocato autem נ, ממין: hinc talem ſtruunt ſenſum, quod deſignet *Dominum perverſum, Deoque inobedientem filium, qui tantum curet terreſtria, poſthabitis cœleſtibus.* Cæterùm vero magis conſentanea eſt ratio, quâ derivant hanc vocem à טָמַן, quod eſt *abſcondere, occultare*; unde מַטְמוֹן *theſaurus*,

quaſi

quaſi *abſconditus, repoſitus*, & demto unico elemento מָמוֹן. Omnium tamen veriſſima videtur ſententia, quæ derivat hanc vocem ab הָמוֹן, quod ſignificat *multitudinem* ſive *divitias* : ut Ezech. XXIX, 19. וְנָשָׂא הֲמֹנָהּ καὶ λήψεται τὸ πλῆθος αὐτῆς, *& auferet multitudinem* ſive *divitias ejus.* Hinc lingua Aramæa loco ה ſubſtituto מ, & addito finali א facit ממונא *Mamona*, & pro more Græcorum addito terminationi ς fit Μαμωνᾶς; quæ vox eſt propriè appellativa, non propria Diaboli. *Heſychio* Μαμωνᾶς eſt θησαυρὸς πλεονεξίας : *Hieronymo* πλοῦτος, *divitiæ*, *Clemens Alexandrinus* vertit φιλαργυρίαν, *lucrum* notat *Pœnis*, teſte *Auguſtino* de ſerm. Dom. in mont. lib. II. *Præfectum* ſignificare putat *Cælius Calcagninus* in quæſtion. Epiſtol. quâ ratione, non video. Abſolutè adhibetur hæc vox Matth. VI, 24. οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ

μαμμωνᾷ & Luc. XVI, 13. aliàs dicitur μαμωνᾶς ἄδικος Luc. XVI, 11. & μαμωνᾶς ἀδικίας Luc. XVI, 9. Φράσις Chaldaica, quæ integra exſtat in *Targum* Eſa. XXXIII, 15. ממון רשקר *Mammona iniquitatis*. Verùm τῷ ἀδίκῳ opponitur ἀληθινὸς. ἀδικία enim & ψεῦδος ſæpè in verſione LXX ſenum ſunt συνώνυμα. Sic Ier. V, 31. שֶׁקֶר, הַנְּבִיאִים נִבְּאוּ בַּשֶּׁקֶר autem proximè ψεῦδος exponitur; ſed LXX habent; οἱ Προφῆται προφητεύουσιν ἄδικα; *Vulgatus*, *Prophetæ prophetabant mendacium:* ad literam; *Prophetæ prophetant in falſitate.* Sic alibi. Ratio epitheti Mammonæ hæc eſt, quòd malis quibuſvis opes tribuat, quas probis ac prudentibus denegat: indéque non immeritò cæcus fingitur Pluto, regnaque ipſi infera, quippe tenebris obſcura tribuuntur, quoniam ſæpiuſcule, nullâ habitâ virtutum ratione, cuivis ſive probo ſive improbo dona ſua largitur; Etenim οὐκ εἰσὶ λίαν πλού-

σιοι

ποι ἀγαθοὶ, ut veriſſimè quondam ſapientiſſimus *Plato*. Illi nimirùm, qui prius nummos, hinc virtutem venantur, ut inquit Poëta:

O cives, cives, quærenda pecunia primùm,
Virtus poſt nummos.

Tum demùm legitimo modo acquiruntur opes, quum

πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ,

ut inquit *Aſcræus* vates ἔργ. 311. Nec certè ἄνευ ἀδικίας corraduntur ſemper opes; plerique enim, nullo habito juſtitiæ reſpectu, obvia quævis per fas & nefas colligunt, illiſque ipſi iniquiſſimi ſuperbiunt & extolluntur. Secundùm originem diſtinguit *Paſor* inter πλοῦτον & ἄφενον, quòd πλοῦτος (ex πολὺ & ἔτος) deſignet, divitias per multos annos collectas, ἄφενος verò ſint divitiæ (ἀφ' ἑνὸς ἔνου) ex annuo ſpatio ſuperſtites. Vide etiam *Targum* Onkelos in Gen. XXXVII, 22.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

MANNA:

Μάννα. מַן *Man* Chaldaicâ formâ eſt מַנְנָא *Manna.* מְנָה *portio*, *pars*, quaſi *dinumerata*, à מָנָה *numeravit*, *dinumeravit* : quoniam verò in Pih. ſignificat *paravit*, *præparavit*, dicunt exponi poſſe cibum *præparatum*, ſine labore comparatum, ut loquitur Scriptura Sap. XVI, 20. Tutius eſt ſequi S. Spiritus ductum, qui talem nobis Exod. XVI, 15. ἐτυμολογίαν reliquit : *Apparuit in ſolitudine minutum quiddam, ſimile pruinæ ſuper terram, quod quum vidiſſent filii Iſraël, dixerunt quiſque ad proximum ſuum*; מָן הוּא : Ratio additur, *Quoniam non noverunt* מַה־הוּא *quidnam eſſet hoc.* Conſentiunt viri docti : *Flav. Ioſephus* ἀρχαιολογ. l. III. c. I. de Manna loquitur : Καλοῦσι δὲ Ἑβραῖοι τὸ βρῶμα τοῦτο Μάννα· τὸ γὰρ μᾶν, ἐπερώτησις κατὰ τὴν ἡμετέραν διάλεκτον, τί τοῦτ' ἔστιν, ἀνακρίνουσα; Hebræi

bræi vocant hunc cibum Μάννα : Μᾶν *enim interrogatio eſt in noſtra lingua, Quid hoc eſt, ſignificans.* Nec aliter interpretes : *Onkelus : Viderunt filii Iſraël, & dixerunt unuſquiſque fratri ſuo* מנא הוא ; *Ionathan* מאן הוא , *Quid hoc*, vel, *Quid eſt hoc.* מן eſt Chaldaica vox quærens nonnunquam de perſona, interdum, ſed rarius, de re ; ideóque διάλεκτος, cujus meminit Ioſephus, non eſt illa Hebræorum, quæ pura erat & incorrupta ante μετοικεσίαν Babylonicam, ſed illa, quæ tempore ipſius Hebræis erat vernacula. Sed quî fit, quod מן tot ſeculis ante captivitatem penes Iſraelitas in deſerto commorantes audiatur? Certè מן in lingua Ægyptiorum idem eſt ac מה in lingua Hebræorum, niſi fallit *Haskuni* (qui eſt commentarius in quinque libros Moſis, conſcriptus à *R. Hizkia* ſive *Ezechia*, magnique apud Iudæos momenti). Hinc colligere licet, poſteros Iſraëlis, vel

ſaltem eorum vulgus, ex Ægypto reduces vocabula nonnulla retinuiſſe, quæ Ægyptum ſapiunt. מִי namque dicitur Hebræis puris, qui Chaldæis & Ægyptiis מן ſive מאן. Alii pro מה הוא dici exiſtimant מן הוא euphoniæ cauſâ, ne duo ה concurrerent, quod paulò ingratius. A Græcis ſine diſcrimine dicitur Μὰν & Μάννα: Illud habent Exod. XVI, 35. Ἔφαγον τὸ Μὰν ἔτη τεσσαράκοντα, hoc verò Num. XI, 7. τὸ δὲ Μάννα, ὡσεὶ σπέρμα κορίου. Μάννα agnoſcit *Nonnus*:

Μάννα πολυκλήϊστον ἐθηήσαντο τοκῆες.

Vocatur לֶחֶם מִן הַשָּׁמַיִם ἄρτος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ Ioh. VI, 30. ex Pſal. LXXVIII, 24. quia de cœlo una cum rore deſcendit ככפר ὡσεὶ πάχνη, inquit *Scholiaſtes*: πάχνη autem *pruina, glacies, gelu, ſtiria*, ut habet *Lexic. vet. Suidæ* eſt ἡ ἄνωθεν χορηγουμένη τροφή. Forma, ſicut coriandri, erat rotunda, color albus inſtar bdellii. Author Samaritanæ paraphraſeos di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

cit Manna fuiſſe ὡς σπέρμα ὀρύζης, ſicut ſemen oryzæ, quæ אורז dicitur; & Ars ſive Arzi in *gloſſ. Arab.* Fruſtra *Nonnus* Manna vocat ἄφθιτον εἶδαρ, *incorruptibilem cibum*, quum hiſtoria ſacra clarè affirmet, quòd in craſtinum ſervatus computruerit, & vermes protruſerit Exod. XVI, 20. Apud Hebræos & Chaldæos Maſculinum eſt; Græci verò & Latini neutrum malunt. Quoniam autem in quibuſdam regionibus unà cum rore decidit materia quædam mannæ ſimilis, idem ob ſimilitudinem ſortita eſt nomen. Eſt etiam Manna minutum thus, ſive thuris micæ, ut *Columellæ* loqui placet, quod notatur apud *Iuvenalem* ſatyr. IX.

O parvi noſtrique lares, quos thure minuto,
Aut farre, aut tenui ſoleo exornare coronâ.

Conſentit interpres: *Thus minutum Manna vocant.* Malunt eruditi τὸ

Manna in hoc ſignificatu eſſe generis fœminini, idque authoritate *Plinii* probant, qui lib. XXIX. c. VI. habet; *Viperam vivam in fictili novo comburere, addito fœniculi ſucco ad cyathum unum, & thuris Mannâ unâ:* pro quo tamen *Dalemcampius* legit *mica*, *MS. mina.* Literarum decus *Ioh. Meurſius* habet vocem Μάνα (quæ ſignificat *Mater*) adductam ex *Cedreno*, cujus hæc ſunt verba: Εἰστιᾶτο τηνικαῦτα ὁ βασιλεὺς, καὶ δὴ πρὸς αὐτὸν διαβάντα τὸ αἰσχρὸν τοῦτον δένδρον ἤρετο, ὅποι ποτε ἐτύγχανεν ὤν· ὁ δὲ παρὰ τὴν μάναν ἔφησεν εἶναι, τὴν δέσποιναν οὕτω καλῶν Θεοδώραν. Hinc Latino barbarum *Mana*, quod legi apud *Luitprandum* in Legatione tradit vir ad miraculum doctus *Gerard. Voſſius* de vitiis Serm. l. III. cap. XXIII.

ΜΑΡΑΝΑΘΑ.

Μαραν ἀθὰ ſpecies eſt anathematis, cujus meminit *B. Apoſtolus*

1 Cor.

1 Cor. XVI, 22. Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα, μαρὰν ἀθά. Tres anathematis ſpecies recenſentur; שמתא, חרם, נדוי. Loco τετραγραμμάτου יהוה uſurpant nonnunquam שם, quod ſignificat *nomen*: ſive igitur dicas *Samatha*, ſive *Maranatha*, eodem res recidit, rectéque exponitur, *Dominus venit*. Erratum hoc loco fingere fruſtra conatur *OEcolampadius*, qui Matha quam Maranatha legere mavult; ſit anathema Matha, id eſt, *mortis*. Similiter *Calvinus*, pro Macharamatha corruptè legi Maranatha affirmat; quod ut aſſequatur, ad rad. חרם reducere allaborat. Cæterum, ſi cui recta incedere placet, aliâ rem aggrediatur viâ, neceſſe eſt. Non ſimplex, ſed duplex eſt hæc vox (ut nonnulli loquuntur) ſive compoſita. מָרָן dictio eſt Chaldæo-Syra, quæ *Dominum* notat; aliàs מָרְיָא, מָרִי, מַר quibus nominibus ubi-

que in novo fœdere inſignitur Filius Dei in carne manifeſtatus: אֲתָא ſignificat *venire, advenire*, ut conjunctæ dictiones מָרָן אֲתָא rectè exponantur, *Dominus venit. Spondanus* ex *Baronii* annalibus adducit veterem execrationis formulam, *ſit anathema marrano & excommunicatus*, quam ex noſtro Maranatha factam eſſe, non abs re poterit quis ſuſpicari. Supremus ille dies, quo cuncta mortalium opera, ſive bona, ſive mala, detegentur, vocatur apud ſacros ſcriptores *adventus Domini*. Sic 1 Paral. XVI, 33. *Iubilent ligna ſaltus Domino, quia venit ad judicandum terram*: Matth. XXV, 13. *Non noſtis diem, aut horam, quâ filius hominis venturus eſt*: & Ioh. XXI, 22. ipſe judex venturus inquit; Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε; Et hic Domini adventus hâc anathematis ſpecie continetur, de quo plenius *S. Iudas* ſuæ epiſtolæ v. 14. ex vaticinio Enochi loquitur;

Ἰδοὺ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

Ἰδοὺ, ἦλθε Κύριος ἐν μυριάσιν ἁγίαις αὐτοῦ, ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων, καὶ ἐξελέγξαι πάντας τοὺς ἀσεβεῖς αὐτῶν περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν, ὧν ἠσέβησαν, καὶ περὶ πάντων τῶν σκληρῶν, ὧν ἐλάλησαν κατ' αὐτοῦ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖν. Pro *Maranatha* nonnulli dicunt שמתא *Samatha*, alii *Samitha*, quaſi שם מיתא *Ibi mors*. Extrema hæc eſt anathematis ſpecies, quâ extremè maledicti notabantur: indeque qui vel Chriſtum agnoſcere nolebant, vel ab agnito defecerant, apud Hiſpanos *Marani* ſunt appellati. Venit antehac Dominus, quum inter homines homo factus verſaretur, tandemque ligno affixus fieret pro nobis κατάρα (*maledictio*) ut nos à *maledictione* legis redimeret, eóque ſingularem erga nos amorem prodidit. Iuſto igitur anathematis fulmine ferimus Iudæos, qui Chriſtum agnoſcere nolunt, alioſque, qui, quum tàm inſignem Chriſti amorem in conſpe-

ctu habeant, ipſum redamare renuunt: advenientem ipſi juſtiſſimum judicem deprehendent, qui gratiam offerenti terga obvertunt. Tandem venient dicentes; Κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν; ſed reſponſi loco audient, Ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Matth. XXV, 11, 12. Operæ pretium facturum præſagit animus, ſi locum *Suidæ*, qui lucem huic voci afferre viſus eſt, producam: Ille autem ita habet; Μαραναθὰ κατὰ τὴν ἑβραΐδα φωνὴν λέγεται ἀντὶ τοῦ ὁ Κύριος ἡμῶν ἦλθε. τὸν δὲ τῆς οἰκονομίας βεβαιῶν λόγον, τοῦτό φησιν· ὡσπερεὶ ἔλεγεν. ὁ πάντων ἡμῶν δεσπότης καταβῆναι τοσοῦτον κατηξίωσε, καὶ ὑμεῖς ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐστὲ ἁμαρτάνοντες. καὶ οὐ φρίττετε τῆς ἀγάπης τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον. ἐννόησον γὰρ τοῦτο μόνον, φησί. καὶ ἀρκέσει σοι εἰς πάσης ἀρετῆς προκοπὴν, καὶ πᾶσαν δυνήσῃ κατασβέσαι τὴν ἁμαρτίαν.

ΜΕΣΣΙΑΣ.

Μεσσίας· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, ὁ Χριστὸς. Ioh. I, 42. & IV, 25. מָשַׁח Hebr. χρίειν, *ungere*, ſignificat, inde מָשִׁיחַ & Chaldæis מְשִׁיחָא, Χριστὸς, *unctus*; Græcâ terminatione pro iſtius linguæ natura dicitur Μεσσίας. Vngebantur autem in Veteri Teſtamento, quotquot futuri erant vel Reges, vel Pontifices. Nec vulgare erat unguentum, quo inungi illos oportebat: etenim ex myrrhæ quingentis, calami ducentis quinquaginta, cinnamomi totidem, caſiæ quingentis ſiclis, oleique de olivetis menſura Hin, oleum quoddam conficere jubebatur Moſes, quo Aaron, futurique poſt eum Pontifices debebant ungi Exod. XXX, 22. ſeq. quod in tabernaculo ſervabatur, inde, ſi Reges vel Pontifices ungendi, promendum I Reg. I, 39. Hoc oleo, quisquis unctus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

erat, ſive Rex, ſive Pontifex, dicebatur משיח ſive *Chriſtus*. Sic *Saul* Rex Iſraëlis appellatur מְשִׁיחַ יְהוָה I Sam. XXIV, 7, II. II Sam. I, 14, 16. alibi: *David* II Sam. XIX, 21. XXII, 51. Hinc ad benedictum Davidis ſemen tranſlatum Meſſiæ nomen, & ab ipſo Davide illi tributum Pſalm. II, 2. unde & iteratâ vice legitur Dan. IX. comm. 25, 26. Meritò igitur Chaldæi innumeris ferè locis, ubi promiſſi ſeminis mentio, nomen Meſſiæ retinuerunt; ut Gen. XLIX, 10. ubi Hebr. textus habet שילה, *Ionathan* & *Hieroſolymitanus paraphraſtes* præferunt מלכא משיחא, *Onkelos*, משיחא דדיליה היא מלכותא: indéque Meſſiæ appellatio circa tempora Chriſti & Apoſtolorum vulgo uſitatiſſima fuit. Vnctionis rationem, ſi quis nôſſe deſiderat, expreſſit *David* Pſal. XLV, 8. *Eſaias* LXI, 1. *Daniel* IX, 24. *Lucas* Act. IV, 27. Quando autem Servator noſter unctus dicitur, humana

mana

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

mana pariter ac Divina ipſius natura notatur : quod innuere videtur *Nonnus*, ubi inquit :

Μεσσίαν εὕρομεν, ὃς θεὸς ἀνήρ.

nec inficiatur *Th. Beza*, qui part. 2. reſponſ. ad colloq. Mompelgart. inquit : Christi *nomine & ungens Divinitas, & uncta humanitas intelligitur*. Lucro nonnunquam dicuntur uncti ; apud *Tullium* Verr. II. *Nunquam vos prætorem tàm palæſtricum vidiſtis. Verùm ita palæſtritas defendebat, ut ab illis ipſe unctior diſcederet*. Palæſtritæ enim oleo inungi ſolebant. Aliam nominis Servatori inditi rationem tradit *Iuſtinus Martyr* apologet. prim. Χριστὸς μὲν κατὰ τὸ κεχρεῖσθαι καὶ κοσμῆσαι τὰ πάντα δι' αὐτοῦ τὸν Θεὸν λέγεται : pro κεχρεῖσθαι καὶ κοσμῆσαι legendum judicat *Ioſ. Scaliger* καὶ χρεῖσαι καὶ σμῆσαι ; σμᾶν autem *Heſychio* exponitur σμήχειν, quod eſt *abſtergere, detergere*. Adventum Meſſiæ adhuc reliquum eſſe credunt ſtupi-

di Iudæi, unde jurejurando quicquam aſſerturi inquiunt; *Non videam venturum Meſſiam, niſi hoc vel illud præſtitero.* Ἠλειμμένον illum vocare videntur ex loco *Hieronymi* in cap. Eſaiæ. XXVII. *Iudæi caſſa ſibi vota promituunt, quòd in conſummatione mundi, quando ἠλειμμένος ſuus venerit, de Aſſyriis & de terra Ægypti diſperſus populus congregetur, & veniat in Ieruſalem*, (ἀλείφω enim, unde ἠλειμμένος, ungo exponitur). Regnum quippe temporale Meſſiæ ſibi imaginantur, quô Meſſias congregaturus ſit diſperſos Iſraël, eoſque de ſervitute gentium redempturus. Quod nec aliter accipiebant ipſi, qui quotidie docentem audiebant, verbaque ſacra è ſanctiſſimo ipſius ore excipiebant. Hinc qui Emauntem uſque comitem habuêre Meſſiam, dicebant; *Sperabamus ipſum redempturum Iſraël* Luc. XXIV, 21. & Actor. I, 6. rogant Chriſtum à mortuis reſuſcita-

citatum ; *Domine, hoccine tempore reſtituis regnum Iſraël?* Nos Sacerdotem credimus ſecundùm ordinem Melchiſedech Pſal. CX, 4. & Regem veneramur, cujus regnum non eſt ex hoc ſeculo Ioh. XVIII, 36.

ΠΑΡΑΔΕΙΣΟΣ.

ΠΑράδεισος vox eſt terminatione quidem & uſu Græca, origine verò barbara ſive peregrina. Hujus originem falsò ſibi tribuere Græcos notat cl. *Mercerus*, quando in dictione פַּרְדֵּס ad lexicon S. Pagnini inter alia habet : *Græci, ut Hebræum fontem occultarent, quaſi ſuâ linguâ compoſitum nomen efformârunt* παράδεισος. Cæterum παράδεισος ad Græcos tranſiit ex Hebræo nomine פַּרְדֵּס, quod ſignificat ſylvam, nemus, unde Aſaph quidam Nehem. II, 8. dicitur *cuſtos Pardes* שֹׁמֵר הַפַּרְדֵּס ſive *ſylvæ præfectus* ;

Vulga-

Vulgatus interpres exponit cuſtodem ſaltus. Eſt autem *ſaltus veteribus ſilva non facilè pervia, in quo paſci & æſtivare pecudes ſolent*, &, *ſi locus aërque patiatur, hyemare.* Hæc *Perottus*. Aliàs dicitur vivarium, quod ibi vivæ alantur feræ, quarum venatu ſe Principes, ubi placuerit, oblectent. Hinc *Gellius*; *Vivaria, quæ nunc vulgus dicit, ſunt, quos* παραδείσους paradiſos *Græci appellant.* Ita voculam פרדס in comment. ad locum Nehemiæ jam dictum interpretatur *R. Salomon*. Alii diſcrimen inter גַּן & פַּרְדֵּס inſtituunt: Illud enim ajunt notare hortum, qui varias arborum ſpecies continet, hoc verò noſtrum unicam tantùm habere ſpeciem. Sic *Ab. Eſra* Eccleſ. II, 5. Nullam tamen differentiam agnoſcit *R. Mard. Nathan* in concord. qui גַּן per פַּרְדֵּס & vice versâ exponit. Pro horto uſurpat vocem παράδεισος *Xenophon* ἀπομνημονευμάτων. V. qui οἰκονομικὸς inſcribitur.

tur. Verba ita habent : ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, ἔφη ὁ Σωκράτης, ἐν ὁπόσαις τε χώραις ἐνοικεῖ, καὶ εἰς ὁπόσας ἐπιστρέφεται (ὁ βασιλεὺς) ἐπιμελεῖται τούτων, ὅπως κῆποί τε ἔσονται, οἱ παράδεισοι καλούμενοι, πάντων καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν μεστοὶ, ὁπόσα ἡ γῆ φύειν ἐθέλει. Duplicis Paradiſi meminit ſacra pagina : terreſtris, cœleſtis. Terreſtris eſt ille, in quem primi parentes, initiò ſancti, tranſlati, ibique, donec laberentur, permanentes ; tum demum per Cherubim ejecti, ne ulteriùs Deum ad iram provocarent. Deſcribitur hîc παράδεισος à *Moſe* Geneſ. II. capite, ubi dicitur גַּן בְּעֵדֶן. quod malè *Vulgatus* paradiſum voluptatis expoſuit, vocem עֵדֶן, quùm propria ſit, appellativè accipiens : Locum enim ibi notari, multa ſunt, quæ manifeſtè dicant ; Illa, qui nôſſe deſiderat, adeat celeberrimum ſuo merito *Brochman.* ſyſtem. Theolog. tit. de hom. prim. cap. I. ſect. VI. *Symmachus* interpretatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

Paradiſum Florentem. *Hieronymus* quæſt. in Geneſin; *Pro paradiſo, inquit, in Hebræo hortum habet*, i. גן. *Porrò* Eden *deliciæ interpretantur, pro quo Symmachus tranſtulit, paradiſum Florentem.* Adhuc ſupereſſe Paradiſum, inque illum tranſlatos Enochum & Eliam, illic teneri beatas animas ad diem judicii, affirmat *Iuſtinus*, additque *Irenæus* in hunc Paradiſum raptum fuiſſe Paulum: conſentit *Tertullianus* lib. de anima. Ne quis autem ſuſpicetur, diluvium univerſale Paradiſum perdidiſſe, tradunt *Baſilius* ac *Damaſcenus* Paradiſum eſſe locum terrâ ſublimiorem, ac longè interjacente ſpatio vel maris, vel terræ è regione mundana ſecretum, & in alto ſitum, uſque ad Lunæ circulum pertingentem, quò nec aquæ diluvii pervenerint: *Baſil.* orat. de Paradiſ. *Damaſcenus* lib. II. orth. fid. cap. II. Talem Paradiſum adſtruunt Iudæi, qui mortuo benedicen-

tes

tes ajunt נוחו עדן *quies ejus Eden* : eodemque ſenſu Paradiſum vocant חלקן של צדיקים *portionem juſtorum*. Hanc Iudæorum ſententiam probare videtur *I. Druſius*, qui ad locum Luc. XXIII, 43. ἐν τῷ παραδείσῳ addit, *in horto Eden, qui locus receptaculum eſt animarum poſt hanc vitam*; præteritorum l. III. eoque Paradiſum à cœlo diſtingui alibi docet, quòd ille ſit receptaculum animarum poſt hanc vitam, cœlum autem recipiat omnes poſt judicium extremum, illos ſcilicet, qui electi, eóque benedicti : reliqui enim ad tartarum præcipitandi. De cœleſti Paradiſo loquitur Servator Luc. XXIII, 43. S. Apoſtoli, B. Paulus II Cor. XII, 4. B. Iohannes Apoc. II, 7. in quo Electorum animæ quiete ac felicitate ſempiterna fruuntur, ex beata Dei viſione, ad illos redundante. Barbaram ſive peregrinam eſſe hanc vocem non meminit *Suidas*, quùm ejus origi-

nem

nem Græciæ tribuit, etymonque duplex adducit: Παράδεισος εἴρηται παρὰ τὸ δεύσω, τὸ βρέχω. & paucis interjectis: παράδεισος τροπῇ τοῦ υ ψιλοῦ εἰς ι. οἱ δὲ φασι παρὰ τὸ τὴν δεῖσιν ποιεῖσθαι, ὅ ἐστι, βοτανῶν συλλογήν.

ΠΑΣΧΑ.

Πάσχα. Patrum nonnulli à πάσχω Græcorum derivant: ut *Tertullianus* lib. adverſ. Iud. ubi *paſcha Domini* interpretatur *paſſionem Chriſti*: præter illum *Lactantius* Divin. inſtit. l. IV. *Ambroſius* de myſter. paſch. Melius *B. Hieronymus*, qui monet πάσχα Græcum non eſſe, ſed Hebræum. פסח *paſah* enim Hebr. tranſire, tranſſilire notat, unde פסח *peſah*, quod tranſitum ſignificat, & Chaldaicâ inflexione, addito finali א, פסחא φάσκα vel φάσχα, hinc mutatâ in tenuem aſpiratâ, ſit πάσχα. Originis ratio redditur Exod. XII, 27. *Victima tranſitus Domini eſt, qui*

tranſivit

tranſivit אשר פסח *domos filiorum Iſraël in Ægypto, percutiens Ægyptios, & domos noſtras liberans. Euſtathius* ad Iliad. Δ. confert proprietatem dialecti Ionum & linguæ communis quâ tenues & aſpiratas inter ſe commutant: ſic dicunt κιθὼν, βάθρακος pro χιτὼν, βάτραχος: & ἀκάνθια, ἀχάντια. tandem claudit; οὐ μακρὰν δὲ τούτων οὐδὲ τὸ πάσχα ἐκ τοῦ φάσκα καλλιφωνηθέν. Πάσχα legitur ubique apud LXX interpretes in libris Moſaicis, & alibi: φασὲκ tamen habet Græca verſio II παραλιπομένων XXX & XXXV, unde conjiciunt diverſum eſſe interpretem παραλιπομένων ab illo, qui Pentateuchum vertit. *Theodotio* pro πάσχα habet φασὲκ. *Fl. Ioſephus* agnoſcit φάσκα ἀρχαιολογίας lib. l. V. c. I. & πάσχα ἀρχ. II. cap. VI. à *Symmacho* exponitur ὑπέρβασις teſte *Theodoreto* quæſt. XXIV. in Exodum edit. Rom. τὸ δὲ πάσχα ὁ μὲν Φίλων ἡρμήνευσεν διαβατήρια, ὁ δὲ Ἰώσηπος

ὑπερ-

ὑπερβασία, ὁ δὲ σύμμαχος ὑπέρβασις, ὁ δὲ Θεοδοτίων φασὲκ (potius φασὲχ) αὐτὴν τὴν ἑβραίων φωνὴν τεθεικώς. Locus Ioſephi Theodoreto citatus exſtat ἀρχ. l. II. cap. VI. σημαίνει δὲ ὑπερβασία, δι' ὅτι καὶ ἐκείνην τὴν ἡμέραν ὁ θεὸς αὐτοὺς ὑπερβὰς ἐναπέσκηψεν τὴν νόσον. Ita dictus eſt ſolennis ille dies, quo memoriam tranſitus in Ægypto celebrabant Iſraëlis poſteri. Mactabant agnum, comedebant, & ejus ſanguine poſtes domuum ſuarum conſpergebant, ut Angelus Ἀβαδδὼν Ægyptios perditurus, domicilia Iſraëlitarum tranſiret. Cæterùm dicitur & ἑορτὴ ἀζύμων, feſtum azymorum Luc. XXII, 1. eò quòd ſolenni hocce tempore panem fermentatum uſurpare piaculum eſſet, quorum loco ἀζύμους *infermentatos* comedere lege Divinâ tenebantur. Neque ſolùm ipſe immolationis dies, ſed tota ſolennitas, quæ azymorum dicebatur, per octi-

octiduum continuata, ita vocabatur, quod conſtat ex Act. XII, 3,4. ubi *S. Lucas* hiſtoriâ martyrii B. Iacobi abſolutâ, Petrum apprehenſum, inque carcerem conjectum tradit hiſce verbis: προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον· ἦσαν δὲ ἡμέραι τῶν ἀζύμων· ὃν καὶ πιάσας ἔθετο εἰς φυλακὴν, (paucis interjectis) βουλόμενος μετὰ τὸ πάσχα ἀναγαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ. Primo autem menſe, qui Niſan dicebatur initium fiebat hujus ſolennitatis. Inde, qui mactabatur, agnus metonymicè dicebatur *Pæſah* vel *Phaſe*, ut II Par. XXX, 17. ubi eſt Plur. הַפְּסָחִים. Talem agnum comedere advenas nefas quidem erat, ſecundum edictum ſummi ac tremendi Numinis; *Hæc eſt religio Phaſe: omnis alienigena non comedet ex eo* Exod. XII, 19. Quem *Vulgatus* alienigenam vocat, in primigenia lingua dicitur גֵּר, *Aquilæ* προσήλυτος, eſtque homo, qui non natus eſt in illa civitate, ſed venit ex alia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

civitate ad habitandum illic (ſi cre-
dimus R. *Salom.* Exod. XXII, 20.)
ideóque προσήλυτος, advena. Is
Chaldæis dicitur גִּיוֹרָא, גִּיוֹר, unde
LXX ſuum γειώρα mutuò petiêre.
Heſychius γειώρας exponit γείτονας
ἐξ ἄλλου γένους καλουμένους τῷ Ἰσραὴλ
προσηλύτους. Hinc ab agno paſcha-
li olim mactato ad Servatorem
Chriſtum nomen πάσχα tranſtulit
B. Apoſtolus I Cor. V, 7. τὸ πάσχα ἡ-
μῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐθύθη, ΧΡΙΣΤΟΣ.
Syrus per ܨ legit ܦܨܚܐ. Ita hoc fe-
ſtum dicunt ab hilaritate, referen-
tes ad פָּצַח, quod Hebr. *ſonare, ſoni-
tum edere* notat. Syris autem in
Ethpeh. *exultare*, quod in hoc fe-
ſto præ hilaritate canere & exulta-
re ſolerent Iudæi: quâ ratione θιά-
ζειν πάσχα pro phraſi eſt *Nonno* Ioh.
II, 23. θιάζειν autem & βακχεύειν
Heſychio idem ſunt. Πάσχα pro feſto
eſt Matth. XXVI. Marci XIV. Luc. II.
& XXII. Ioh. II, VI, XI. alibi, Actor.
XII, 4. De agno pro tranſitu ma-
ctato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

ctato accipitur Matt. xxvi, 17. ſeq. Marc. xiv, 12. ſeq. Luc. xxii, 7. ſeq. Ioh. xviii, 28. Myſticè 1 Cor. v, 7. Meminit hujus feſti *Auſonius* Epiſt. x. quæ eſt ad Paulum:

Nos etenim primis ſanctum poſt Paſcha diebus
Avemus agrum viſere.

ejuſque Genitivum habet epiſt. viii.

Inſtantis revocant quia nos ſollennia Paſchæ.

Quæ Chriſto nomen debet Eccleſia, ſolenne illud feſtum, quo memoriam reſurrectionis Chriſti celebrat, πάσχα ſive פִּסְחָא nominat. Rationem exponit *Ceolfridus Abbas* ad Regem Naitanum, cujus verba à *Beda* lib. v. hiſtor. Eccleſ. Anglic. cap. xxii. adducta ita habent: *Votiva Paſchæ noſtræ feſta celebramus, ut indicemus nos non cum antiquis excuſſum Ægyptiæ ſervitutis jugum venerari: ſed redemtionem totius mundi (quæ in antiqui Dei populi liberatione præfigurata, in Chriſti autem reſurre-*

ction completa eſt) *devotâ fide ac dilectione colere; ut reſurrectionis etiam noſtræ, quam eâdem die Dominicâ futuram credimus, ſpe nos certiſſimâ gaudere ſignemus.* Veteres Chriſtiani duplex ſtatuerunt Paſcha: unum σταυρώσιμον, quo Chriſtus cruci affigebatur, quod dixêre φασὴ: alterum ἀναστάσιμον, quo reſurrexerat, proprióque nomine πάσχα vocârunt.

PABBI.

Ῥαββὶ. Nomen titulusque Doctoris, quem vulgus Iudæorum ſemper in ore habebat, Phariſæi autem lubentes admittebant, imò deſiderabant, teſte Servatore Matt. XXIII, 7. φιλοῦσι καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ῥαββὶ, ῥαββὶ. רב *rabh* Hebr. *multum, magnum* notat. Sic Amos VII, 4. תְּהוֹם רַבָּה ἄβυσσος πολλὴ, *abyſſus magna* dicitur: & Pſalm. CXXIII, 4. רבה שבעה לה נפשנו πολλῶν ἐχορ-

ἐχορτάσθη ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ut interpretatur *Symmachus*. Hinc πολὺς διδάσκαλος dicitur quaſi μέγας διδάσκαλος, magnus Doctor. Primæ Eccleſiæ Doctores, quà rerum Divinarum ſcientiam dicti ſunt πολλοὶ τὰ θεῖα, non ſecus ac de ſapiente uſurpatur, πολὺς τὴν σοφίαν: & Legis interpretes *Kimchio* vocantur, quaſi πολλοὶ τὸν νόμον ſive ἐν τῷ νόμῳ רבים התורה. Hinc רבי *Rabbi*, quod exponitur διδάσκαλος Ioh.1,39. propriè qui multâ ſcientia, ſapientiâ & eruditione abundat. Diſtinguunt Hebræi inter רב, quem dicunt Magiſtrum è Babylonia, qui in Academiis Babylonicis Magiſterium aſſequutus erat, & רבי, quem ajunt eſſe Magiſtrum è terra Iſraël, qui unanimi Doctorum conſenſu ſapiens erat declaratus: his רבנין addit *Th. Beza*, quem titulum ait fuiſſe ſapientibus domus David peculiarem. *Elias in Thisbi* aſſerit י in Rabbi eſſe affixum, ut propriè redda-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

tur διδάσκαλέ μου. Gradus varii fuerunt Magiſtrorum, cum quibus intercidiſſe videtur vis affixorum : Illos autem ita recenſent *Rabbini* :

גָּדוֹל מֵרַב רַבִּי וְגָדוֹל מֵרַבִּי רַבָּן וְגָדוֹל מֵרַבָּן שְׁמוֹ :

Major Rab eſt Rabbi, & *major Rabbi eſt Rabban, Rabban verò majus eſt nomen ejus*. *Syrus* pro ῥαββὶ, quod eſt apud S. Ioannem, habet רבן, quod ſine interpretatione miſit, cum *Græcus*, *Vulgatus* & *Arabs* interpretentur. Exponi autem videtur vox רבי per καθηγητὴν Matth. XXII, 8. Μὴ κληθῆτε ῥαββὶ, εἷς γάρ ὑμῶν ὁ καθηγητὴς. Verùm καθηγητὴς eſt Præceptor, qui ſuo exemplo quaſi præit. Sic enim *Strabo* : καθηγήσατο τοῦ Καίσαρος ὁ Ἀθηνόδωρος. Inde καθηγεμὼν dicitur χειραγωγὸς ſive ὁδηγός. Proceres in dignitate conſtituti nonnunquam meruêre nomen רבא apud Chaldæos. Eunuchus Pharaonis, Potiphar dictus vocatur. רבא דפרעה׃ ὁ δύναστος Φαραὼ, *dynaſta Pharaonis* Geneſ. XXXIX, 1. *Scholion*,

quod

quod eſt in editione Romana ad hunc locum, ita habet: Ὁ μὲν Σύρος μιᾷ προσηγορίᾳ πάντε ἀπάδοντα, καὶ τὸν πιστὸν ἄνδρα λέγει τοῖς δεσπόταις· ὁ δὲ ἑβραῖος ἀληθῶς συνοῦχον, καὶ τοῦτον ἀπὸ τῆς πίστεως· ἐπειδὴ φιλεῖ τὸ τῶν συνούχων γένος μάλιστα πιστεύεσθαι τὰ τιμιώτερα τῶν κτημάτων, καὶ αὐτὴν τὴν βασιλέων σωτηρίαν. Ex רב ingeminato eſt רַבְרְבָנַי Dan. IV, 33. quod exponitur, *magnates mei.* Plerumque tamen רַבִּים dicebantur Iudæorum Doctores, quaſi eruditione tantum præſtantes ſoli, quantum alii multi, ipſi idcircò πολλοὶ, multi, ſive magni: indéque noſtro ſeculo auditur Rabbinorum nomen.

ΡΑΒΒΟΝΙ. ΡΑΒΒΟΥΝΙ.

Ῥαββονὶ ſive Ῥαββουνὶ, ὃ λέγεται, διδάσκαλε, Iohan. XX, 16. Vocem hanc eſſe Hebræam aſſerunt *Syrus* & *Arabs*, qui *Hebraicè* dixiſſe Ma-

riam ajunt. Quod aliàs eſt רַב vel רַבָּא, Chaldæi cum Hebræorum Magiſtris dicunt רַבָּן vel רִבּוֹן, unde, ſi addatur affixum, eſt רִבּוֹנִי, quod, ſi vim affixi exprimas, exponitur *Domine mi:* רִבּוֹן enim explicatur *Dominus*, & רִבּוֹנָא ſeu רִבּוֹנְתָא *Domina, Hera:* Hoc ſignificatu רִבּוֹנִי dicitur Chaldæo paraphraſtæ, qui in textu primævo אֲדוֹנִי, Græcis ὁ Κύριός μου. Gen. XVIII, 12. vel *Magiſter mi*, modò Biblicum interpretem ſequi placuerit. Quùm verò frequenter adeò adhibeatur, perit vis affixi, & ſimpliciter redditur διδάσκαλε. רבן major eſt, quàm Rabbi, ut aſſerit *Salmanticenſis* Iudæus, tituluſque, qui ſolis principibus tribui ſolet, ut placet *Io. Druſio.* Nec tamen ſolus Deus & αὐτοκράτωρ ita dicitur, ut exiſtimat *Caninius*: Nam de Deo loquentes, dicunt cum adjectione רבון כל עלמא *Dominus totius mundi*, ut eſt in *Ionatha* Ioſ. III.

vel

vel רבוני של עולם *Dominus ipſius mundi.* Pro Rabbuni nonnulla exemplaria habent Rabbuli, vel mendosè poſitâ ל pro נ, vel pro רבוני לי. ῥαββονὶ eſt Marc. x, 51. pro quo *Syrus* interpres habet רבי: ῥαββουνὶ verò exſtat Ioh. xx, 16. quod *Syrus* interpretatur per מלפנא.

PAKA.

Ρ'ακὰ Matth. v, 22. *Eraſmus* legit ῥαχὰ, ideóque ſcribit *Racha*, quamvis *Syrus* per ק exprimat רקא. Cl. *Druſius* nihil intereſſe putat, utrum ſcribatur Raca, Rica vel Reca: eâ enim ratione variant Rabbi & Ribbi, Bar & Bir. Originem vocis Græciæ deberi exiſtimant nonnulli, qui illam à ῥάκος deducunt, vocabulo uſurpato *Ariſtophani* βατραχοις Act. 1. ſc. Ι'ακχ' ὦ Ι'ακχε, quod *Friſchlinus* vertit *tritum amictum*, ad verbum *laceram veſtem* ſignificat, & opponitur ἱματίῳ, ut κλίνη ςιβὰς

σχοίνων,apud eundem Pluto. Eâque ratione reſpondet Syriaco רקע unde רוקעא Act. XIX, 12. ſciſſuræ, fruſta, panni ſc. ut vertit *Syrus* interpres vocem σεμικίνθια. *Scholiaſtes* dicit vel ſignare τελβώνιον, vel προσωπεῖον: ῥάκος ἢ οἱ μὲν τελβώνιον, οἱ δὲ προσωπεῖον: ῥάκος *nonnulli laceram veſtem, alii larvam exponunt. Nazianzeno* in laudibus *B. Baſilii* ῥάκος eſt vile monachorum pallium: hinc racanæ, racanellæ, ſive rachanæ, rachanellæ à Græco ῥάχη, quæ *Heſychio* ſunt ἀπορραχίσματα ἢ ἀποσπάσματα. *Ennodius* Ticinenſis lib. IX. epiſt. XVII. *Lænam, & racanas, cujus vos volueritis coloris, rubei aut fuſci, mihi ſub celeritate dirigite. Anaſtaſius* Bibliothecarius in vita Ioannis Eleemoſynarii cap. VI. §. XXXIV. *Venundabantur enim quatuor rachanellæ numiſmate uno.* Dicitur tamen ῥάκος de homine nihil apud *Lucianum* Timone. Alii deducunt hanc vocem ab Hebr. רק quod ſignificat

vacuum

vacuum, inanem, & uſurpatur de ſpicis vacuis Geneſ. XLI, 27. Sic Nehemias, ut Iudæis perſuadeat non eſſe uſuras de fratribus eorum corradendas, excutit ſinum, irâque commotus in hæc verba erumpit: *Sic excutiat Deus omnem virum, qui non compleverit verbum iſtud de domo ſuâ & de laboribus ſuis*: וְכָכָה יִהְיֶה נָעוּר וָרֵק Sic erit excuſſus, & vacuus, vel, ut *vetus* interpres, ſic excutiatur, & vacuus fiat, cap. V, 13. *Heſychius* vocem ῥακὰ (pro qua ille ῥακκὰ) interpretatur κενὸς, cui aſſentitur *B. Hieronymus*, qui comm. in Matth. ita loquitur: *Raca dicitur* κενὸς; & addit, *quem nos vulgatâ injuriâ abſque cerebro poſſumus dicere*. Eodem ſenſu adducitur hæc vox Iud. IX, 4. 1 Par. XIII, 7. de hominibus perditis, vagis, erronibus. *Chryſoſtomo* Syra eſt hæc vocula, quâ Domini ſervos, alii alios voce TU contemptim compellant, quod nobis eſt, at dute nogen. Aliis placet pro

origine רקק quod ſpuere, conſpuere ſignificat, unde רוקא *roka* Chaldæis, Syris רוקא *ruko*, ſputum: quorum ſententiam his verbis producit *Theophylactus*, τινὲς δὲ τὸ ῥακὰ συριστὶ κατάπτυστον φασὶ σημαίνειν. *Lud. Balleſter* à רחא derivat, quod *molam* Chald. ſignificat: Quoniam enim ſervi omnium viliſſimi ad molas abigebantur, atrociſſimum convitium in iſtos dictum judicat, quibus רחא, quaſi, *ad molas agitandas abi* dicebatur. Simpliciſſimè magno *Chemnitio* ſtatuiſſe videtur *Auguſtinus*, cui vox ῥακὰ per ſe nihil ſignificat, ſed eſt interjectio animi commoti, indignantis, frementis, minantis, ſpernentis, quam propriiſſimè exprimunt irati, cum dicunt, *phui dig an*. Iſte nimirùm geſtus eſt contemnentium, ut præſentibus illis, quos contemnunt, in terram exſpuant, eo fortaſſe argumento monſtrantes, ſe illos non pluris facere, quàm ſputum calcibus contritum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

tritum. Notantur autem voce ῥακὰ omnia ſigna malevoli animi, vel voce, vel vultu, geſtibuſve totius corporis externis ſe prodentis: & fuit ἐπιχώριον ῥῆμα, ut loquitur author τῶν ἀσκητικῶν καὶ ἐπιτομὴν, ideóque, velut notius, ſine interpretatione relictum.

ΣΑΒΑΧΘΑΝΙ.

ΣΑβαχθανὶ. Hâc voce exprimitur Syro-Chaldæum שְׁבַקְתָנִי Matth. XXVII, 46. Marc. XV, 34. Vt Hebræâ, non Aramæa loquutum eſſe ſanctiſſimum Servatorem evincat *Rob. Bellarminus*, ob facilitatem pronunciationis non *aſabthani*, ſed *ſebactani* dictum aſſerit. Verba ejus ita habent: *Quod in Græco & Latino habemus* ſebactani, *non* azabthani, *ut eſſe debuit, factum eſt, ut facilius pronunciaretur, quemadmodum dicere ſolemus Iſaiam, Ezechiam, Ieremiam, Aſſuerum, & alia*

 hujus-

hujuſmodi pro Ieſajahu , Irmeiahu , Chizkiahu , Achaſueros , & aliis Hebraicis duriſſimis vocibus. Pſal. XXII, 2. habemus quidem vocem עֲזַבְתָּנִי , cujus radix eſt עָזַב , *reliquit, dereliquit, deſeruit*. Idem autem Chaldæis & Syris eſt שְׁבַק , quod Hebr. עָזַב. Hinc eſt, quòd toties in ſacro textu pariter ac paraphraſibus occurrat שְׁבַק eâdem ſignificatione cum Hebr. עָזַב. Sic Dan. IV, 20, 23. Ezr. VI, 7. *R. Ioſeph Cæcus*, author (ut communis fert ſententia) Chaldaicæ Pſalmorum paraphraſeos ſæpius hoc ſignificatu uſurpat vocem שבק. Sic Pſalm. LXXVII, (ſecundum Græcos) 60. ubi Græci habent ; καὶ ἀπώσατο τὴν σκηνὴν Σιλὼμ , σκήνωμα , ὃ κατεσκήνωσεν ἐν ἀνθρώποις ; *Chaldæus* Paraphraſtes exprimit :

ושבק משכנא דשילו דשרת תמן שכינתה בגד בני נשא׃

Et Pſalm. XXII, 2. unde hæc verba Chriſtus animam in cruce agens promſiſſe traditur , in paraphraſi Chal-

Chaldaica legitur : אלי אלי מטול מה שבקתני. Idem *Syra* Novi Teſtamenti παράφρασις pro καταλείπω, ἐγκαταλείπω uſurpat, ut Matth. IV, 13. XVI, 4. XXI, 17. Marc. X, 7. XII, 19. Luc. V, 28. X, 40. Actor. XXI, 3. Rom. XI, 4. Huic autem noſtro idem accidit, quod vocibus צְבָאוֹת, רְפָאִים, quæ, quamvis ſcheva ſub prima litera habeant, per *a* tamen raptum efferuntur, ῥαφαΐμ, σαβαώθ. Nam *quando ſcheva poſt ſe habet alias quaſvis literas præter gutturales & jod, tunc effatus ejus proximè inclinat ad* e *raptum, ſæpiùs tamen ad* a *raptum*, canon eſt *B. Mayeri* Philolog. ſacr. p. II. cap. II. Sancti Euangeliſtæ vertunt ἐγκατέλιπές με. Præpoſitio ἐν vim vocis auget : ſic ἐγκατασκήπτω à *Budæo* exponitur βαρέως ἐπερείδομαι, *incubo, irruo, ingruo, inceſſo*. Vt igitur *linquo, relinquo, derelinquo*, efficaciora ſunt aliud alio ; Sic *B. Euangeliſtis* & *Aquilæ* placuit verbum ἐγκαταλείπω ad exprimen-

dam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

dam vocem שָׁבַק præ λείπω vel καταλείπω adhibere. Interpretum alii reddunt *dereliquiſti*, alii *deſeruiſti*.

ΣΑΒΑΩΘ.

Σαβαώθ. צָבָא Hebr. *militare* ſignificat, hinc nomen צָבָא, *exercitus*, *militia*. Hoc ſignificatu Abner dicitur שַׂר־צְבָא יִשְׂרָאֵל *Princeps exercitus Iſraël*, & Amaſa שַׂר־צְבָא יְהוּדָה *Princeps exercitus Iuda* 1 Reg. II, 32. Eodem ſenſu dicitur Ioab collegiſſe אֶת־חֵיל הַצָּבָא *copias exercitus* ad vaſtandam terram Ammon 1 Paral. XX, 1. Vt autem milites certo ordine diſpoſiti exercitum conſtituunt; ſic aſtrorum ſeries dicitur צְבָא הַשָּׁמַיִם; Græcis, *αἱ δυνάμεις τοῦ οὐρανοῦ* Eſa. XXXIV, 4. *στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ*, Act. VII, 42. Sic, quæ *B. Matthæo* cap. XXIV, 29. vocantur *αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν*, *Syrâ* ܚܝܠܐ ܕܫܡܝܐ dicuntur חילא דשמיא. Quòd aſtra, ſtelláque mili-

militent, teſtem advocare lubet ſacram paginam Iud. v, 20. *De cœlo dimicatum eſt contra eos : ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo adverſus Siſaram pugnaverunt.* Huc facit illud *Claudiani* ;

Tibi dimicat æther.

Ad hujus exercitus cultum appulit animum benedicti Iſraëlis progenies, unde ſummus Iehovah Deut. XVII, 3. inquit : *Vadant, & ſerviant Diis alienis, & adorent Solem, & Lunam, & omnem militiam cœli.* Ita Eſa. XLV, 12. Ierem. XIX, 13. Zophon. I, 4. Dicuntur præterea B. Angeli צְבָא הַשָּׁמַיִם , ut 1 Reg. XXII, 19. ubi dicitur *exercitus cœleſtis* כָּל צְבָא הַשָּׁמַיִם adſtitiſſe Deo à dextris pariter ac ſiniſtris. Inde Iacobus Patriarcha, quum in itinere obviam ipſi fierent Angeli Dei, vocavit locum iſtum מַחֲנַיִם id eſt, *caſtra* Geneſ. XXII, 2. Iidem dicuntur δυνάμεις Κυρίου Pſalm. CIII, 21. στρατιὰ οὐρανίου Luc. II, 13. Impe-

rator

rator enim dicit militi, Vade, & vadit, alteri, Veni, & venit, Matth. VIII, 9. Angeli quoque ſunt λειτουργοὶ Κυρίου, ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ Pſalm. CIII, 21. & λειτουργικὰ πνεύματα Hebr. I, 14. Sed & pii exercitus Domini ſunt, unde arma illis ſacra ſcriptura tribuit II Cor. X, 4. Τὰ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικά: *Militiæ noſtræ arma non ſunt carnalia.* Et B. Apoſtolus ſuum Timotheum hortatur, *militet bonam militiam* I Tim. I, 18. *maláque ſuſtineat* (κακοπάθησον) *uti ſtrenuum decet militem* II Tim. II, 3. Inprimis autem Deo militare Sacerdotes Domini oportet, qui in locum Levitarum ceſſerunt: Illi autem dicuntur excubias agere in tabernaculo Domini Num. XVIII, 3, 4, 5. alibi, iiſque cuſtodia tabernaculi Domini aſſignatur, unde dicuntur שֹׁמְרֵי Ezech. XL, 45. à שָׁמַר, *cuſtodivit, ſervavit, obſervavit: Hieronymus* interpretatur *obſervantes in excubiis templi:* eoque

fine

ſine certas habuêre manſiones, quas לשכות appellabant. *Aquila* & *Symmachus* interpretantur ἐξέδρας, *Scholiaſtes* γαζοφυλάκια, cujus veſtigiis inſiſtens Vulgatus reddit γαζοφυλάκια, *gazophylacia*, *Santes* verò *cubicula*. Meminit etiam ſcriptura θεόπνευστος mulierum הַצֹּבְאוֹת 1 Sam. II, 22. ubi *ſcholion*: ὡς ἐκοιμῶντο μετὰ τῶν γυναικῶν τῶν παρεστηκυιῶν παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου; *quod cubarent cum mulieribus adſtantibus ad oſtium tabernaculi teſtimonii.* Eſt autem צְבָאוֹת plur. Fæmin. à צָבָא & locis pluſquam ſexcentis jungitur cum τετραγραμμάτῳ יְהוָֹה, יְהוָֹה צְבָאוֹת. Hinc apud Chaldæos legitur יי צבאות & מריא צבאות Syris, *Deus exercituum.* Rationes, ob quas ſummum illud numen יְהוָֹה צְבָאוֹת audire voluit, binas adducit *R. David Kimchi*: unam nimirum, quod ipſe rerum creatarum in cœlo & terra ſolus ſit Dominus; alteram, quòd

quòd vim, quæ magna exercitibus ineſt, diſſipare ac proſternere queat quàm facilimè. Græcis dicitur Κύριος δυνάμεως vel δυνάμεων: Hebræum tamen retinere placuit *S. Iacobo* cap. v, 4. αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων εἰς τὰ ὦτα Κυρίου σαβαὼθ εἰσεληλύθασιν. Eſtque hoc Dei ἐπίθετον ſcopo B. Apoſtoli aptiſſimum: Eo enim loco in divites invehitur, qui injuriâ pauperem affligere pro lucro habent; quâ occaſione S. Iacobus alter בן רגש eos ad memoriam immenſæ Dei potentiæ deducit, qui pauperes tuetur ad cujus nutum ſuperi, inferi, animata, inanimata cuncta ſe componunt, parata potentiſſimi exercitus inſtar juſſa Dei exſequi, ſive pios defendere jubeat, ſive impios invadere mandet, monente præclariſſimo Theologo *D. Caſp. Brochman.* comment. ad h. l. Primigeniam vocem retinet quoque *B. Paulus* Rom. IX, 29. ex Eſai. I, 9. quam in alias linguas

trans-

transferre nefas judicat *B. Hieronymus*, quum nec Spiritus S. nec Apoſtoli eam mutârint. Verè profectò proditum eſt, tanti eſſe exercitum, quanti Imperatorem, ut ait *L. Annæus Florus* l. II. cap. XVIII, §. II. & cum duce mutatæ vires, teſte *Claudian.* in Eutrop. Sibi igitur quiſquis conſultum benè cupit, animumque gerit paulò erectiorem, poſthabitis creatis, veneretur creatorem, cui creata cuncta, tanquam Domino ac Imperatori parent, nihilque ipſius injuſſu moliuntur, aggrediuntur.

ΣΑΒΒΑΤΟΝ.

Σάββατον. *Plutarchus* loco ſæpius jam dicto συμποσ. IV. natales hujus vocis Græciæ tribuit. Illud enim hoc loco agit, ut Iudæos Baccho ſacra facere probet, ideóque hoc poſt alia argumentum producit: οἶμαι δὲ καὶ τὴν σαββάτων ἑορτὴν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

μὴ παντάπασιν ἀπροσδιόνυσον εἶναι. Σάββους γὰρ καὶ νῦν ἔτι πολλοὶ τοὺς Βάκχους καλοῦσι, καὶ ταύτην ἀφιᾶσι τὴν φωνὴν, ὅταν ὀργιάζωσι τῷ θεῷ. Bacchus Thracibus dicebatur Σαβάζιος, nonnullorum judicio à סָבָא *mero ſe obruit*, unde סֹבֵא *Ebrioſus, potator.* Σάβος autem & βακχεία, ut σαβάζειν & βακχεύειν *Heſychio* ſunt συνώνυμα. *Ariſtophanes* judicio Patris eloquentiæ facetiſſimus Poëta, vocat non ſemel σαβάζιον, cujus *ſcholiaſtes* in Veſpis circa initium ita habet: Σαβάζιον τὸν Διόνυσον οἱ Θρᾶκες καλοῦσι. καὶ σαβοὺς τοὺς ἱεροὺς αὐτῶν. In avibus ita habet: Σάβους ἔλεγον καὶ τοὺς ἀφιερωμένους αὐτοῦ τόπους, καὶ τοὺς βάκχους τοῦ Θεοῦ. A Baccho ſive Dionyſo ſuaviſſimi potus inventore diverſum memorat *Diodorus Siculus* μυθολ. lib. IV. Μυθολογοῦσι δέ τινες καὶ ἕτερον Διόνυσον γεγονέναι πολὺ τοῖς χρόνοις προτεροῦντα τούτου. Φασὶ γὰρ ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης Διόνυσον γενέσθαι, τὸν ὑπό τινων Σαβάζιον ὀνομαζόμενον.

Peret-

Perottus duplex adducit vocis σαβ-βάτου ἔτυμον : Vnum ad *Martial.* epigr. III. ubi hæc addit, *Sabbathum dies eſt ſeptimus apud Iudæos feſtus, quorum lingua* Sabe *ſeptem ſignificat.* Digitum intendit in Hebræum שֶׁבַע ſequutus *Lactantium*, qui eandem defendit ſententiam. Alterum epigr. VI. profert: *Sabba Arabum linguâ myſterium dicitur, à quo ipſi Sabbatha nominaverunt.* Cæterum hactenus dicti extra oleas, quod eſt in proverbio, vagantur, nodumque in ſcirpo quærunt. Vocabulum enim Sabbathi origine quidem Hebræum eſt, non tamen à שֶׁבַע derivatur proximè. שָׁבַת *quievit, ceſſavit*, exponitur, unde שֶׁבֶת *ceſſatio.* Sic Proverb. xx, 3. *Honor eſt homini* שֶׁבֶת מֵרִיב ceſſatio à lite, cujus loco *Aquila*; καθίσαι ἀπὸ ἀντιδικίας, *ſuperſedere lite*, *Symmachus*, ἀποχωρῆσαι τῆς ἀντιδίας. שַׁבָּת autem dicitur propriè *ceſſatio, requies,* &

κατ᾽

κατ᾽ ἐξοχὴν dies ille *ſeptimus*, quo ab omni opere requieſcere juſſit Deus ter opt.max. virum, uxorem, filium, filiam, ſervum, ancillam, advenam, equum, aſinum & quodvis jumentum Exod. xx, 10. Ipſe etenim Deus abſoluto creationis opere ſeptimo die שבת *ceſſavit*, ſive *requievit* Gen. II, 2. Indéque dicitur Sabbathum Domini Exod. XVI, 26. Levit. XXIII, 3. & שבת שבתון Domini Exod. XXXV, 2. שבתון שבת ſanctum Domino Exod. XVI, 23. Chaldæis & Syris dicitur שבת, שבתא, nonnunquam per *συγκοπὴν* שבא & שב per *ἀποκοπὴν*. Græcis *σάββατον, σαββατῶν*. Superiorum homines temporum memoriam ingentis beneficii, quo Deus ex nihilo cuncta produxerat, die ceſſationis celebrârunt: poſteri piè conſiderantes in reſurrectione maximum ſalutis noſtræ momentum poſitum eſſe, inque reſurrectione Chriſti ſpem nos habere certam de noſtra reſur-

reſurrectione, mutato die, loco ſeptimi primum elegerunt, quo memoriam reſurrectionis Chriſti celebrant, eoque reſurrectionem generalem futuram credunt, ſi verum, quod ait *Ceolfridus Abbas* ad Regem Naitanum, referente *Beda* l. v. hiſt. Eccleſ. Angl. cap. XXII. Ceſſatio ſive requies ab operibus ſabbatho indicta eſt à ſummo Numine. Vnde *Theophylactus*; ὁ νόμος ἐκώλυεν ἐν τῷ σαββάτῳ ἐργάζεσθαι, οἱ οὖν ἱερεῖς ἐν τῷ σαββάτῳ καὶ ξύλα ἔσχισαν, καὶ πῦρ ἧπτον· ὥστε ἐβεβήλουν τὸ σάββατον, τουτέστιν ἐμίαινον. *In Sabbatho operari vetabat lex: Sacerdotes igitur, dum in ſabbatho ligna findebant, ignemque accendebant, ſabbathum profanabant, id eſt, polluebant.* In operibus tamen ſpectari debebat operationis diſcrimen: Chriſtus enim ſabbathis ſanabat infirmos, Diſcipulos ſpicas vellere impunè ſinebat, bovemque aut aſinum, ſi in puteum decideret, ex-

trahi poſſe haud obſcurè affirmabat. Quin & Iudæi etiamnum ſabbatho filiolos circumcidunt, denudant, ſanguinemque exprimunt, vulnerique cataplaſma imponunt: quumque metuendum ſit, ne puer animam in periculo conſtitutam efflare cogatur, aquâ calidâ, quæ vel προσαββάτῳ vel ipſo ſabbathi die calefacta eſt, ablui poſſe infantem tradunt ipſorum Magiſtri. Hinc Servator Iohan. VII, 22, 23. inquit: Ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον· εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, (poſt pauca) ἐμοὶ χολᾶτε, ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ. Σαββατῶν & τὰ σάββατα ſeptimanam nonnunquam ſignificant, Hebræóque שבת reſpondent eo ſenſu, quo dicitur חד בשבת μία τῶν σαββάτων, ad literam, *unus in ſabbatho*, quâ φράσει ſuâ exprimunt illud, quod Latinis eſt primus Sabbathi ſc. dies. Sic ſecundam ſeptimanæ diem vocant

בשבת

תרין בשבת quaſi dicas, *duo in ſabbatho*. Diem ſuum à veſpera numerant Hebræi, contra Romanorum morem, qui diem à diluculo metiri incipiunt. Teſtem produco Buxtorfium, qui docet, Iudæos Sabbathi initium luminibus illuſtrare: Quamprimùm enim Sol montium arborumque cacuminibus inſidens occaſum minatur, Iudaicæ mulieres ſabbataria accendunt lumina, verſus ea manus expandunt, ſabbathoque durante ardentia relinquunt; appropinquante verò veſpera Sabbathi, candelam magnam faci non abſimilem accendunt, quam vocant *luminare diſcriminationis* נר ההבדלה, quâ ſabbathum ab ineunte jam profano die ſecernere propoſitum ipſis eſt. Inde *Perſius* ſatyrâ v.

Herodis venêre dies, unctâque feneſtrâ
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuêre lucernæ.

& mox;

recutitáque Sabbatha palles.

Hic Iudæorum mos ad Romanos perveniſſe videtur, qui in honorem Deorum Principumve, diebus feſtis lucernas accendebant. Hinc Romanorum ſapientiſſimus *Seneca* epiſt. XCV. *Accendere aliquem lucernam ſabbathis prohibeamus: quoniam nec lumine Dii egent, & ne homines quidem delectantur fuligine.* Quia verò momentum, quo ſabbathum incipit, ignorant, horâ unâ tardius deſinunt, quam vocant תוספת מחול אל הקדש *additionem de profano ad ſacrum*, illamque per שבתון ſignificari exiſtimant, ut *Fagius* ad caput Exodi XXXI. Hinc σαββατίζω, σαββατισμὸς; & προσάββατον, quomodo dicebatur dies, qui ſabbathum antecedebat proximè. Latinum, vel barbarum potius, *ſabbatizare*, à *Tertulliano* lib. adverſ. Iud. & *Maximilian. Sandæo* in Gramm. profano adductum

meritò

meritò è Latinorum caſtris proſcribit literaturæ Latinæ pariter ac Hebrææ vindex celeberrimus *Thomas Bangius* obſerv. philolog. l. II. tit. de vit. Lat. ſerm.

ΣΑΔΔΟΥΚΑΙΟΣ.

Σαδδουκαῖος. Præter Phariſæos & Eſſenos ſecta quædam penes Iudæos erat, Sadducæorum dicta. De his loquitur ſacra pagina Matth. III, 7. XVI & XXII. Marc. XII, 18. Luc. XX, 27. Actor. IV, 1. V, 17. XXIII, 6. alibi. Fatum nihil eſſe credebant, omniaque in hominum eſſe poteſtate, adeò ut ſuæ ſibi quiſque ſive bonæ, ſive adverſæ fortunæ faber ſit. De quibus Sadducæorum decretis ita habet antiquitatis Iudaicæ deſcriptor quàm induſtrius *Flav. Ioſephus* ἀρχαιολ. lib. XIII. cap. IX. Σαδδουκαῖοι τὴν μὲν εἱμαρμένην ἀναιροῦσιν, οὐδὲν εἶναι ταύτην ἀξιοῦντες, οὔτε κατ' αὐτὴν τὰ

ἀνθρώπινα τέλος λαμβάνειν, ἅπαντα δὲ ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς τίθενται, ὡς καὶ τῶν ἀγαθῶν αἰτίους ἡμᾶς αὐτοῖς γινομένους, καὶ τὰ χείρω παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀβουλίαν λαμβάνοντας. Sed & mortuorum reſurrectionem negabant, unáque cum corpore in vanum putabant abire mortalium animas, quo ſenſu dicitur Matth. XXII, 23. Sadducæos, qui affirmabant μὴ εἶναι ἀνάστασιν, interrogâſſe Chriſtum (tentandi causâ, quod ex hiſtoria patet) quo argumento, ibi ſi lubet, vide. Hujus Sadducæorum placiti meminit idem gentis Iudaicæ hiſtoricus ἀρχαιολογ. l. XVIII. cap. II. Σαδδουκαίοις τὰς ψυχὰς λόγος συναφανίζει τοῖς σώμασι: ſecus ac Phariſæi judicant, quibus animæ ſunt immortales, earumque judicium ſub terra fit, quarum nonnullis perpetuum carcerem, aliis ῥαστώνην τοῦ ἀναβιοῦν (facilem ad vitam reditum) tribuunt, quod eodem loco tradit Iudæus author. De nominis origi-

ne

ne inter doctos non convenit. Nonnulli enim à loco dictos exiſtimant, ut *Suidas*; Σαδδουκαῖος, ἀπὸ τόπου (ubi tamen τρόπου legendum eſſe conjicit *Ioh. Druſius*): eandem ſententiam refert *L. Cœlius Rhodiginus* lib.v. cap.IX. *Sadducæos verò, ut de iis quoque aliquid promamus, à loco ita nuncupatos putant.* A Sadoco quodam ſive Saduco nomen traxiſſe perhibent alii. *R. Nathan* autor libri Aruch; *Vocantur Sadocæi de nomine Sadoc.* Porrò habet *Baal Aruch*; *Expoſitum eſt in Aboth R. Nathan, Antigonum virum Socho oriundum duos diſcipulos habuiſſe, quorum nomina Sadoc & Baithos ſive Baithus, è quibus exierunt duæ familiæ malæ Saducæorum & Baithuſæorum. Dicti autem Saducæi à Sadoc, & Baithuſæi à Baithos. Epiphanius* placet, qui à juſtitia dictos exiſtimat hæreſi XIV. ἐπονομάζουσιν οὗτοι ἑαυτοὺς σαδδουκαίους δῆθεν ἀπὸ δικαιοσύνης τῆς ἐπικλήσεως ὁρμωμένης· Σέδεκ γὰρ ἑρ-

μηνεύεται δικαιοσύνη: & alibi: Σαδδουκαῖοι ἑρμηνεύεται δίκαιοι· Σέδεκ γὰρ ἑρμηνεύεται δικαιοσύνη· Δικαίους γὰρ ἑαυτοὺς ὠνόμαζον. Σέδεκ eſt Hebræum צֶדֶק *juſtitia*, à צָדַק *juſtum eſſe* ſive *haberi*, vel (quod huic inſtituto maximè convenit) *juſtum ſe aſſerere*. Apud Syrum tamen interpretem hoc nomen non per zade, ut apud Hebræos, ſed per zai exprimitur זדוקיא. De hiſce plura *Druſius* contra Serrarium de feſtis Iudæorum lib. III. qui de Saducæis inſcribitur.

ΣΑΤΑΝΑΣ.

Σατανᾶς. Quivis adverſarius dicitur שָׂטָן. Sic Philiſtinorum Proceres ad Achis Regem ſuum de Davide loquuntur: *Revertatur vir iſte ad locum ſuum, ne, ſi nobiſcum proficiſcatur, fiat nobis* לְשָׂטָן adverſarius *in pugna* I Sam. XXIX, 4. Et II Sam. XIX, 22. inquit David ad filios Zerujæ:

rujæ : כִּי תִהְיוּ לִי הַיּוֹם לְשָׂטָן ubi Græci; ὅτι γίνεσθέ μοι σήμερον εἰς ἐπίβουλον; Vulgatus : *efficimini mihi hodiè in Satan.* Verbum שָׂטַן ſignificat *adverſari*, & à LXX redditur per ἐνδιαβάλλειν, *Symmacho* ἀντίκεισθαι. Sic Pſalm. LXXI, 13. יבשו יכלו שטני נפשי LXX αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐκλιπέτωσαν οἱ ἐνδιαβάλλοντες τὴν ψυχήν μου: *Symmachus*; καταισχυνθήτωσαν καὶ ἀναλωθήτωσαν οἱ ἀντικείμενοι τῇ ψυχῇ μου. Conſentit *interpres Theodoreti : Confundantur & conſumantur, qui adverſantur animæ meæ.* Idem videre licet Pſalm. XXXVIII, 21. & CIX, 20. Hinc malignus ille Spiritus, qui bonus initio creatus bonus eſſe deſiit, dictus eſt שָׂטָן eò quòd Deo & piis ſemper & ubique adverſetur. Iob. I, 6. שָׂטָן *Græcis* exponitur ὁ διάβολος, *Theodotioni* ἀντικείμενος, (quomodo hanc vocem interpretatur *Theophylactus* Matth. XII. Σατὰν λέγεται ὁ ἀντικεί-

 μενος)

μένος) *Aquila* primigeniam retinens habet σατὰν. Chaldæis dicitur סטן Syris סטנא. Hinc Græci ſuum Σατανᾶς deduxêre, qui voces peregrinas, quas ad ſe transferunt, σ terminare ſolent. Ita ex לְבָנוֹן faciunt λίβανος, קֶרֶן κέρας, & qui Latinis Annibal, Græcis Ἀννίβας dicitur: de ſimilibus idem judicium. Nativam vocis indolem expreſſiſſe videtur *S. Paulus*, quùm vocat ipſum ἀντικείμενον I Tim. v, 14. qui caſtra contra nos metatur, anxiè quærens, ſi quid aſſequi poſſit, de quo nos apud Deum accuſet, ut patet ex hiſtoria Iobi cap. I, 7. & II, 2. ſeq. Aliàs dicitur διάβολος, ὡς πλανῶν ὅλην τὴν οἰκουμένην, καὶ κατηγορῶν τῶν ἁγίων ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς Apoc. XII, 9, 10. Sed & διαβόλου nomen meretur, ὡς τὸν θεὸν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους συκοφαντῶν, ut loquitur *Suidas*. συκοφαντεῖν autem, eodem interprete, eſt ψευδῶς τινος

κατηγορεῖν. Infame erat Athenis Sycophantæ nomen, unde *Chremylus* apud *Ariſtophanem* Plutarch. δραμ. α. σκ. α. v. 30. συκοφάντας annumerat omnis generis nebulonibus, ἱερόσυλοι, ῥήτορες, συκοφάνται καὶ πονηροί. Vnde συκοφάνται dicantur, ſi quis ſcire avet, adeat *Scholiaſten Ariſtophanis* hoc loco. Erant autem συκοφάνται delatores ſive calumniatores: ſic malignus hicce Spiritus vocatur ab interprete Nov. Teſtam. Syro Matth. IV, 1. אכלקרצא *Obtrectator*, *Calumniator*, qs. proclamans obtrectationem ab אכל, quod Chaldæis & Syris ſignificat *proclamare, promulgare, divulgare*, & קרצא quod eſt *obtrectatio, accuſatio*. Aptiſſima præterea videtur nominis διαβόλου ratio, quam affert *B. Chemnitius* harmon. Euangel. cap. XIX. quòd verbum Dei διαβάλλῃ *disjiciat*, & disjiciendo depravet, qui id inprimis operam det, ut homines à verbo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

Dei abducat, & ad aliquid contra illud faciendum variis illecebris & objectionibus impellat. Meretur & nomen ἀντίδικȣ, qui per fas nefaſve nos deglutire optat 1 Petr. v, 8. qui recta in pios tela ſua dirigit, unumquemque eorum, ſi per Chriſtum liceret, ut triticum, cribraturus Luc. xxii, 31. Vſurpatur vox ἀντίδικȣ pro quovis adverſario Matth. v, 25. ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σȣ, & alibi paſſim. Dicitur tandem ſpiritus ille nequam πειράζων, qui Chriſtum tentat Matth. iv, 3. & homines quovis tempore infeſtat 1 Theſſ. iii, 5. Nullum enim medium intactum relinquit, quo homines ad peccatum contra verbum Dei patrandum ſeducat, vel ſaltem ſollicitet. Ipſe enim in peccatum delapſus, omnes in peccati barathrum præcipites agere gaudet: Inde Chaldæis dicitur חטאה & יחטא ab חטא, quod *peccare* deſignat.

Sic

Sic Zachar. III. ubi Hebræus habet הַשָּׂטָן, Græci Διάβολος, Chaldæi amant יחטא. Per פַּטִּישׁ כָּל־הָאָרֶץ *malleum totius terræ*, cujus mentio Ierem. L, 23. Sathanam intelligit *Cælius Rhodiginus* lect. antiq. lib. II. c. X. Hoc addo, quod Servator Apoſtolo Petro, iter Hieroſolymitanum ob imminentia mala diſſuadenti dixerit; Ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ Matth. XVI, 23. ubi interpretum nonnulli Chriſtum dicunt vocâſſe Petrum Σατανᾶν, ὡς ἀθετοῦντα τοῦ σταυροῦ τὸ μυστήριον; alii hoc voluiſſe ajunt, quòd Petrus eſſet ipſi εἰς Σατανᾶν, eo ſenſu, quo ſuum לְשָׂטָן uſurpant Hebræi, uti ſuperius è ſacris manifeſtum.

ΣΙΚΕΡΑ.

Σίκερα. Hebræum eſt שֵׁכָר à שָׁכַר, quod eſt *inebriari*. Nonnunquam vinum complectitur, quod mani-

feſtum ex Num. XXVIII, 7. aliàs diſtinguitur à יַיִן quod ubique *vinum commune* ſignificat, ut Levit. X, 9. Num. VI, 3. Iud. XIII, 7. Mich. II, 11. Et Luc. I, 15. de concipiendo S. Iohanne, cui Baptiſtæ nomen addidit pia vetuſtas, inquit Angelus ad Zachariam ; οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ. Nihil tamen inter יַיִן & שֵׁכָר οἶνον & σίκερα, quàm inter vinum vetus & novum diſcriminis admittunt alii : unde *Onkelos* שֵׁכָר plerunque reddit per חמר עתיק *vinum vetus* ſive *antiquum*. *Suidas* ἐκ τοῦ συγκεκρᾶσθαι dictum vult σίκερα, quàm appoſitè nemo non videt. Significationem quod attinet, potum quemvis per σίκερα notari exiſtimant nonnulli. Ita *R. David Kimchi* Levit. x. שכר quicquid inebriat, ſignificare judicat, ſuiſque partibus favens habet Thargum Chaldæum, quod שכר interpretatur מְרַוֵּי à רְוָה *inebriari*, ut

ſenſus

ſenſus ſit, *vinum & quicquid inebriat, ne bibas.* Conſentit noſter, qui ubique vertit ſterch drich. Idem ſentit *Baſilius*, qui κατὰ μεθυόντων per σικέραν intelligit πᾶν τὸ δυνάμενον μέθην ἐμποιῆσαι: & B. *Hieronymus* ad Nepotianum; *Sicera Hebræo ſermone omnis potio nominatur, quæ inebriare poteſt, ut hâc ratione Sicera ſit genus, vinum ſpecies.* Alii à vino planè diſtinguunt: *Iſidorus* l. xx. orig. *Sicera eſt omnis potio, quæ extra vinum inebriare poteſt. Heſychius* utrumque probare videtur: Σίκερα, οἶνος συμμιγεὶς ἡδύσμασιν, ἢ πᾶν πόμα ἐμποιεῖν μέθην δυνάμενον, μὴ ἐξ ἀμπέλου σκευαστὸν ἢ καὶ σύνθετον. Ita ferè *Suidas*: Σίκερα. σκευαστὸν πόμα. καὶ παρ' ἑβραίοις οὕτω λεγόμενον. μέθυσμα. οἶνος συμμιγὴς ἡδύσμασιν. Potus autem, qui poſſet inebriare, variè parabatur: Ἀπ' οἴνου καὶ μέλιτος πόμα σκευαστὸν *Eſromo Rudingero* dicitur οἰνόμελι, cujus de voce σίκερα diſſertationem adducit

Abr.

Abr. Scultetus delit. Euang. cap. VIII. Ex melle & dactylis, vel tritico & hordeo confici ſiceram author eſt *Ab. Eſra*: quali potu uſum eſſe Salomonem vel ſolo, vel affuſo vino ex aliorum opinione refert jam dictus *Rudingerus*. Alias ſiceram conficiendi rationes memorat *Hieronymus* dicta ad Nepotianum epiſtolâ, quæ eſt ſecundæ partis LVIII. *Sicera Hebræo ſermone*, &c. (ut ſupra) *ſive illa, quæ frumento conficitur, ſive pomorum ſucco: aut quum favi decoquuntur in dulcem & barbaram potionem: aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem: coctiſque frugibus aqua pinguior coloratur*. Ejuſmodi potus ex frumento confectus Numantinis erat in delitiis, quem *celiam* dixiſſe *L. Annæus Florus* author eſt. Locus exſtat lib. II. cap. XVIII. de bell. Numantin. §. 12. *Quum ſe prius epulis, quaſi inferiis impleviſſent, carnis ſemicrudæ, & celiæ: Sic vocant indigenam ex frumen-*

frumento potionem, (ἐπιχώριον πόμα, interprete *Salmaſio*, quamvis alii legant *indigenæ*). Zythum quoque Ægyptiorum ex hordeo confectum, non tamen idem eſt cum cerevìſia regionum, quæ ſeptentrionem ſpectant, quod putat *Mathiolus*, cui obviam it doctiſſimis argumentis celeberrimus *VVormius* contr. Medic. exercitat. x. controverſ. III. De variis variarum gentium potibus hæc habet *Hadr. Iunius* animadverſ. l. II. c.XII. ubi nominale ſaltem diſcrimen adſtruere videtur vir doctiſſimus : *Hoc in genere varia lego uſitata fuiſſe nomina : nam Zythum dixiſſe Ægyptum invenio, Celiam & Ceriam Hiſpanos, Cerviſiam Gallos, Sabaiam Illyrios, Parabiam Pæonas, Gurmi barbaros neſcio quos, & Alam Anglos, detortâ non nihil voce, ut equidem exiſtimo, Danicâ, quæ Oela appellatur : ea namque gens olim Angliam immigravit.*

TABI-

TABIΘA.

TAβιθὰ nomen eſt proprium Diſcipulæ, quam vivam reſtituit *B. Petrus* Actor. IX. quod, ſi interpreteris, Δορκὰς Græcis, Latinis *caprea* dicitur. Lingua enim Aramæa טַבְיָא vocat, quam Hebræi צְבִי dicunt. II Sam. II, 18. *Aſahel velox erat pedibus* כְּאַחַד הַצְּבָיִם quaſi caprea agreſtis, ubi Chaldæus טַבְיָא. Hinc eſt in muliebri genere Hebræum צְבִיָּה (unde eſt plurale illud בִּצְבָאוֹת Cantic. II, 7.) & Aramæum טַבְיְתָא quod hîc vides. Græcum Δορκὰς propriè uſurpat *B. Lucas* eodem Actuum Apoſtolicorum capite, comm. 39. Commendatur in ſacris caprea inprimis à velocitate, ut ſupra, & I Par. XII, 8. Eſt autem ſpecies capræ, ea nimirum, quæ in ſylvis degit, indeque ſylveſtris dicitur: de qua *Martialis*:

Pen-

Pendentem ſummo capream de rupe videres,
Caſuram ſperas, decipit illa canes.

Cornigerorum omnium minimum eſt caprea, teſte *Philoſopho* de part. animal. l. III. cap. II. Hinc fortaſſe proverbium de robore disparibus; Μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς ἅψωμαι μάχης. Ad libidinem pronum eſt valdè hoc animalis genus, ut inde percrebuerit obſcœnum illud ab Atellanico exodio:

Hircum vetulum capris (capreis) naturam ligurire,

ubi *capreis*, quàm *capris* legi mavult *Gruterus*, ſecus ac *Caſaubonus*, qui poſterius præfert. Locus eſt apud *Sueton.* Tiberio XLV. Capreas Tiberii principis arce nobiles octo à Surrento paſſuum millibus diſtare ait C. *Plinius* nat. hiſtor. l. III. c. VI. Capreæ palus, juxta quam è mortalium conſpectu evanuit Romulus, celebratur Romanis authoribus, *Livio* lib. I. cap. XVI. *Flor.* lib. I.

cap. I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

cap. I. §. 16. aliis, quos, ſi vacat, conſule.

ΤΑΛΙΘΑ.

Ταλιθὰ vox eſt, quâ mortuam Iairi filiam, manu prehensâ, alloquitur Chriſtus Marc. v, 41. Ταλιθὰ κοῦμι. Illam ſacer ſcriptor exponit per τὸ κοράσιον. Hæc autem nominis interpretatio non exſtat in textu Syriaco, quum vox ipſa Syra ſit טְלִיתָא alias טַלְיְתָא *puella*, cujus virile eſt טַלְיָא *infans, puerulus*. Haud ineptè (niſi fallit judicium) referri poteſt ad rad. טְלַל *tegere, contegere*, eâ ratione, quâ עַלְמָה deſcendit ab עלם quod in Niph. eſt נֶעֱלַם & deſignat *latitare, abſconditum eſſe*, quia virgines domi contectæ quaſi latitabant, donec nuptum producerentur. Aramæam vocem retinuit Euangeliſta, eò quòd hæc lingua Iudæis tunc eſſet fami-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

familiaris. Improbatur hîc meritò illud Ταβιθὰ, quod habet liber nominum, multique codices Latini, & Græci nonnulli: manifeſtum quippe mendum, ex imperitia linguarum Orientalium derivatum. Si enim rectè calculum pono, verba textus Actor. Ap. IX, 40. Ταβιθὰ ἀνάστηθι ob convenientiam huc tranſſcripſit quidam memoriæ causâ: quum verò hic codex in manus imperitorum incidiſſet, verâ poſthabitâ, hanc lectionem admiſerunt. Res eſt manifeſta. Cum Aramæo Ταλιθὰ convenit Græcorum Τάλις, quomodo apud Æoles dicebatur virgo deſponſata: *Callimachum* authorem producit *Suidas*:

> Αὔλικα τὴν τάλιν παιδὶ σὺν ἀμφιθαλεῖ.

Pro Græcorum κόρη & κοράσιον ſequioris ævi authores uſurpant κορασίδα & κοπέλα, quæ ex *Corona pretioſa* renſet vir ſummus *Io. Meurſius*

ſius in eruditiſſimo gloſſario Græ-
co-barbaro.

ΦΑΡΙΣΑΙΟΣ.

Φαρισαῖος, Φαρισσαῖος & Φα-
ρισεὺς eodem ſignificatu invenies
apud autores. Originem vocis
nonnulli tribuunt τῷ פֵּרַס quod *di-
videre* ſignificat. Ita *Epiphanius*: Φα-
ρισαῖοι διὰ τὸ ἀφωρισμένους εἶναι αὐ-
τοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων· φαρὲς γὰρ κατὰ τὴν
ἑβραΐδα ἑρμηνεύεται ἀφορισμός.
Suidas: Φαρισαῖοι οἱ ἑρμηνευόμενοι
ἀφωρισμένοι· παρὰ τὸ μερίζειν καὶ ἀ-
φορίζειν ἑαυτοὺς τῶν ἄλλων ἁπάντων, εἴς
τε τὸ καθαρώτατον τοῦ βίου καὶ ἀκριβέστα-
τον, καὶ εἰς τὰ τοῦ νόμου ἐντάλματα.
Φαρὲς γὰρ κατὰ τὴν ἑβραΐδα γλῶτταν
ἀφορισμὸς ἑρμηνεύεται, ἢ διακοπή.
Huic origini oculum intendiſſe
B. Apoſtolum conjicit *Druſius*,
dum dicit ſe ἀφωρισμένον εἰς εὐαγ-
γέλιον Rom. 1, 1. ſicut antè fuerat
ἀφω-

ἀφωρισμένος εἰς τὸν νόμον, hoc eſt, *Phariſæus.* Ἀποκεκομμένους interpretatur *Theophylactus* : ἐδόκουν γὰρ ἐν τῷ βίῳ καὶ τῇ γνώσει ἀποκεκόφθαι καὶ ὑπερέχειν τῶν ἄλλων. Dubio procul Hebræum פָּרַץ in animo habuit religioſiſſimus Pater, quod *rumpere, diſrumpere* ſignificat, ut ἀποκεκομμένοι ſint diſrupti, avulſi à cæteris. Sed nomen hinc factum ubique apud ſacros autores ſiniſtrè adhibetur pro *effractore, latrone,* qui leges & jura præfractâ audaciâ perrumpit, interprete *Buxtorfio.* Sic Ierem. VII, II. ubi Propheta habet הַמְּעָרַת פָּרִצִים LXX. σπήλαιον λῃστῶν, Hieron. *ſpelunca latronum.* Obeſt præterea litera ש, quam conſtanter Syrus retinet, certóque eſt indicio, ſpuriam eſſe illam originem. A פָּרַשׂ derivant alii, *expandere, explicare,* quòd eorum vita, quaſi expanſum quodpiam, omnium oculis eſſet conſpicua, cun-

cunctaſque ſuas actiones eò dirigerent, ut ab hominibus laudem poſſent conſequi. Plerique hanc vocem ad originem פרש referunt, quæ ſignificat *exponere*, *explanare*, ſive *explicare* aliquid, non, ut fieri aſſolet, quùm verba è lingua ignota in notam ſive vernaculam transfunduntur, ſed quum ſenſus textus cujuſdam lectoribus ſive auditoribus fideliter traditur. Illos vocant Hebræi מליצים quod eſt Geneſ. XLII, 23. II Par. XXXII, 31. Hic verò dicitur מפרש *Interpres* ſive *commentator*, eodem ſenſu, quo פירוש vocatur *expoſitio*, *commentarius*, פירוש רבי שלמה ירחי *Expoſitio R. Salomonis Iarchi*. Præ cæteris religiosè vivebant, notitiamque legis exactiorem habebant, continentiam & virginitatem præ ſe ferebant, quâvis ſeptimanâ bis jejunabant, decimas dabant omnium, quæ poſſidebant, longam oratio-

nis,

nis, dum præcabantur, ſeriem texebant, ſuper tabulas anguſtas, aut ſpinas, aut ſaxa dormiebant, ut hâc ratione corpus affligerent, legem in membranulis exaratam vel fronti, vel ſiniſtræ manui alligabant, quas φυλακτήεια vocant Græci (quod de præceptis Divinis obſervandis monerent, vel pro amuletis Iudæi haberent, quæ περὶ τὸ φυλάττειν αὐτοὺς vim quandam habere ſuperſtitiosè putabant) ipſi תְּפִלִּין dixêre (quorum unum של ראש alterum של יד, *capitis ſc. & manus*) vel à תְּפִלָּה *Precatio*, *oratio*, vel à תְּפַל, quod, teſte *Schindlero*, Chaldæis eſt *conjungere*, ut תפילין rectè exponatur *appendices*. Hiſce & aliis geſtibus exterioribus religionem præ ſe ferentibus tantam apud plebem inierunt gratiam, ut etiamſi Regi aut Pontifici obloquerentur, vulgus tamen crediderit. Teſtis eſt *Flav. Ioſephus* ἀρχαιολ. XIII.

cap. XVIII. qui genus illud hominum ulteriùs deſcribens pergit lib. XVII. cap. III. Φαρισαῖοι καλοῦνται, βασιλεῦσι δυνάμενοι μάλιστα ἀντιπράσσειν, προμηθεῖς, κἀκ τοῦ προὔπτου εἰς τὸ πολεμεῖν τε καὶ βλάπτειν ἐπηρμένοι. Dicuntur aliàs חֲכָמִים ab חָכָם, *ſapiens, peritus*, eorumque Diſcipuli ſuis dicuntur תלמידי חכמים *Diſcipuli ſapientum*; nonnunquam בּוֹנִים à בָּנָה, quia ſuper fundamentum legis *ædificabant*.

ΩΣΑΝΝΑ.

Ωσαννὰ vox eſt populi Ieroſolymitani Chriſto urbem ingredienti gratulantis, Matt. XXI, 9. Marc. XI, 9. Nonnulla exemplaria habent ὠσαννὰ, cum quibus idem ſentire videtur *Druſius*: *Syrus* interpres אושענא. Vox eſt Hebræa compoſita, quæ reſolvitur הושיענא *Serva, quæſo*, ſive *opitulare obſecro*;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

vel הושענא, *ſerva nunc.* Nam particula נא interdum eſt לשון בקשה ſive *vox* obſecrantis, ut nota *R. Salomon*; & non niſi obſecrantis, ex mente *Sanhedrin*. Nonnunquam autem tempus notat, & ſignificat nunc, idem cum עתה ut habet *Ab. Eſra* ad Geneſ. XII, 11. ubi Abraham Ægyptum ingreſſurus ita conjugem Sarai alloquitur: הִנֵּה־נָא *Ecce nunc* cognovi, quòd mulier pulchra ſis aſpectu. LXX exponunt δὴ: Ita Pſalm. CXVIII, 26. ubi hoc noſtrum exſtat, interpretes habent, σῶσον δὴ: ibidem eſt הצליחה נא, apud Græcos εὐόδωσον δὴ. Ex binis hiſce vocibus conflata eſt vox artificialis una, quæ naturam ſubſtantivi induit, eâque ratione adjungitur adjectivo, quum dicitur הושענא גדולה *Hoſanna magnum* eodem ſenſu, quo הללויה גדולה *Hallelujah magnum.* Τῷ נָא affine eſt אנא quod nonnullis δέομαι, cæteris ὢ δὴ ſignificat: Hinc factum eſſe ὡσαν-

νὰ ſive *ὡσαννὰ* quaſi הושיעאנא & contractè הושאנא Ajin è medio eliſâ putat *B. Hieronymus*. *Suidas* exiſtimat hanc vocem ſignificare *δόξαν*. Hæc enim ejus verba: *ὡσαννὰ δόξαν σημαίνει*. & mox: *ὥστε τὸ ὡσαννὰ δόξαν σημαίνει· παρά τισι ἢ, σῶσον δὴ, οὐκ ὀρθῶς*. Hoc verò rectè dicitur, illud ſecus. Ramos ſive faſciculos, quos geſtare in feſto tabernaculorum ſolebant, notari exiſtimant alii, referente *B. Mayero* Philolog. part. II. cap. V. Vocem Hebræam placuit exprimere Euangeliſtis, quæ erat ſolennis acclamationis forma, Iudæis in feſto *σκηνοπηγίας* uſitata, quum ramos (ſive faſciculos ex frondibus palmarum, myrti & ſalicis) jubente Domino Levit. XXIII, 40. geſtarent, quibus ceremoniis Baccho ſacra facere credit *Plutarchus συμποσ*. IV. eóque tale Iudæorum feſtum appellat *κραδηφορίαν*, quod geſtarent ramos (*ficulneos* ſcilicet, *κράδη* enim *συκῆ*

vel

vel εἶδος συκῆς, ut vult *ſcholiaſtes Ariſtophanis*) & θυρσοφορίαν, quia θύρσους ἔχοντες εἰς τὸ ἱερὸν εἰσίασιν. Senſus igitur τοῦ ὡσαννὰ hic eſt, quòd eo voveatur id ipſum, quod ſub dictionibus הושיע נא continetur, & applicatur ita, ut plena ſit conſtructio, ὡσαννὰ ἔστω τῷ υἱῷ Δαβίδ· ὡσαννὰ ἔστω ἐν τοῖς ὑψίστοις: *ſalus illa, vel auxilium illud, quod dictionibus iſtis* הושיע נא *continetur, contingat Filio David: ſalus & auxilium per* הושיע נא *ſignificatum ſit ipſi in locis altiſſimis*: ut verba Lucæ cap.XIX, 38. (εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις) vim τοῦ ὡσαννὰ planè explicare videantur.

DEO SOLI GLORIA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 18 [1]